

tur Greg. Lopez in d.l. 34. in glos. tal. vinna; tit. 18. par. 3. ubi hæc opinio expresse approbatur; & ideo omnino est tenenda, quam etiam, cum aliis pluribus, quos refert, & sequitur affirmans esse probabilius Thom. Sanchez ubi supra num. 14. respondens l. qui sic 55. ff. de solut. que pro priori opinione adducebatur: reprobatque duas limitationes huius sententiae: vnam Cuman. ubi supra numero 8. nempe, quando arre vtrunque traditæ diuersæ naturæ sunt, quia vnus quantitatem, alter vero speciem dedit, aliam Alciat. ubi supra, eam temperantis, nisi æditi summa arrarum vtrunque tradita sit, quia verius est, cum cæteris Doctoribus, indistincte valeat arrarum promissionem recipere, quia nulla ratio differentie assignari potest inter præd. casus, & Greg. Lopez in d.l. 89. in glos. tal. vinna, docet valere arras, licet in eadem quantitate vtrunque tradantur.

9. Similiter illud in materia nostra obseruandum est, quod tradens arras eas amittit si culpa sua matrimonium non sequatur, eo autem sequuto redeunt ad tradentem, ex l. final. C. de sponsal. sunt enim velut pignora, & signa pro securitate contractus tradita: unde iniuste resiliens ab eo, eas amittit, & contractu celebrato recuperat, vt contra Hostiens. in d. cap. Gemma, & alios probat dicens esse communem D. Couar. ubi supra numer. 11. sed eam tenet idem Hostiens. sibi contrarius in summa titulo de sponsa. §. 1. numer. 3. Abb. m. d. ca. Gemma num. 7. & ibi Alex. de Neuo num. 17. & Præposi. num. 8. & Matien. ubi supra num. 5. & alios allegans Thom. Sanch. de matrimo. lib. 1. disputatio 36. num. 2.

10. Vbi numero quarto, quod per contrarium, qui culpa a sponsalibus resiliit, non amittit arras, quas tradidit, sed ipsi resiliendæ sunt, nempe, quoties iusta causa est recedendi à sponsalibus, vel si alter terter religionem ingrediatur, aut reperitur canonicum impedimentum inter illos, l. arru, & l. final. C. de sponsal. quia vbi culpa adest, debet abesse pena, l. Sancimus C. de peni: & ita tenent omnes DD. teste Sanchez d. num. 4. in fin.

11. Quod procedit: si tradens arras bonæ fide contraxit sponsalia ignorans impedimentum, quia si conficius fuit eius, non potest arras traditas recuperare: iuxta glossam in d. l. final. verbo reddi, C. de sponsalib. Anton. de Butr. in d. ca. Gemma de sponsal. numero octauo, & ibi Alexand. de Neuo numero 22. Thom. Sanch. d. disputatio 36. num. 5. inde inferens, quod si sibi reddantur, quia alter sponsus recipiens ignorabat, tradentem mala fide contraxisse, tenebitur restituere, quia ex natura contractus eas amiserat, per ipsum enim culpabiliter stetit, cum impeditenti conscius matrimonium promiserat, arris in signum traditis.

13. Quod si tradens arras in mora fuerit ante obitum suum, vel recipientis conerahendi matrimonium, ipsas amittit, vt habetur in d. l. arris, & in d. l. final. & ibi glos. verbo probat, & cum Syluest. probat Thom. Sanchez ubi supra num. 6.

14. Quando autem alter contrahens solus tradit arras, & culpa non tradentis matrimonium minime sequitur, tenetur hic restituere duplum, id est, iplas arras receptas, & tantundem de suo patrimonio, vel triplum, aut quadruplum si hoc conuenit, ita cauetur in l. final. C. de sponsalib. in præd. autem triplo, vel quadruplo computandæ sunt arre receptæ, sicut computantur in duplo restituendo, vt cum Alexand. de Neuo in d. ca. Gemma numero 21. bene probat Sanchez d. disputatio 36. num. 7.

15. Qui numero octauo hoolimitat, vt non procedat in minore 25. annorum, veniam ætatis non impe-

trante, quia tunc non tenetur ad amplius, quam ad id quod recepit, restituere, vt cauetur expresse in d. l. final. nisi parentes, vel aii arras receperint, quia hi tenebuntur in duplum, vt in d. l. fin. vbi glossa verbo conuenit, idem dicit de tutore, vel curatore: quod est intelligendum secundum Salic. ibi numero quinto, cum Cyno, quando pater vel mater, vel tutor recipit arras nomine proprio, promittendo matrimonium, secus si nomine filii, vel minoris, quod etiam sequitur Thom. Sanchez ubi supra num. 8.

Si vero vterque arras dedit, & recepit, iniuste resiliens suas perdet, & quas accepit restituet, secundum Dyn. in d. l. final. & ibi Salic. numero nono, qui hoc verum intelligit, quando vtraque arrarum quantitas æqualis est, nam si, quam tradidit iniuste resiliens esset minor, teneretur supplere vtiq; ad æqualitatem quantitatis arrarum alterius, cum alias non esset pena dupli, sequitur Sanchez ubi supra num. 9.

Dubium tamen est ingens in proposito, an pena dupli, vel quadrupli adiecta dationi arrarum in casu non paritionis, de qua in l. final. C. de sponsal. quando quis iniuste resiliit, habeat locum attentio iure Canonico, nempe d. caput. Gemma, quod annullatur omnis pena, sub qua matrimonium promittitur, vt matrimonium libere contrahatur, quia ratione videtur, hæc etiam penam restitutionis arrarum in duplum, aut quadrupli correctam esse, atque ablatam, & comprehendendi sub prohibitione illius text. & tantum teneri, qui iniuste resiliit arras receptas restituere: quod ita tenent nonnulli, in quorum opinionem magis inclinat, quamuis dubius, & relinquens cogitandum Gregor. Lopez in d. l. 84. in glossa, e. todas. titulo 8. par. 3. quia solutio dupli, vel quadrupli est mera pena, & militat in eadem ratio prohibitionis, cum minime re ipsa tempore contractus tradatur, & ob hoc forte non fit mentio dupli, vel quadrupli in l. prima, titulo 11. par. 4. quarta, sed tantum, vt nolens fuisse matrimonium restituar arras receptas.

Nilominus tamen communis sententia est in contrarium in hac specie, vt fatetur Gregor. Lopez ubi supra, atque eam tenet Paludan. in quarto distinctione 27. questione 1. articulo. conclusionis 3. numero 13. eamdem præsupponunt Iuris Pontificii interpretes quam plurimi, qui probant non tradentem arras teneri soluere hoc duplum, vel quadruplum; si ita conuenit sit, quod non dicerent, si iure Canonico aduerfaretur: hi sunt Hostiens. in summa titulo de sponsal. §. primo n. 2. & in d. ca. Gemma ad fin. & ibi Innoc. num. 1. Ioan. Andr. num. 7. Ant. de Butrio num. 8. Anchar. 5. Alexand. de Neuo num. 21. Præposi. 9. & Cardinal. quest. 71. num. 3. Anton. Gomez in l. 50. Taur. num. 12. & alios referens Thom. Sanchez d. disputatio 36. num. 11. ubi respondet fundamentis contrarie partis.

Sed an saltem in foro conscientie debeat hæc pena dupli, vel quadrupli, quæstio est? de pena dupli, quod non debeat in foro conscientie ante condemnationem iudicis est proculdubio, quia est pena legis, que iuxta communem prope omnium sententiam non debetur ante condemnationem, glos. vltima in fine communiter approbata in cap. fraternitas 12. quest. 2. de qua late alibi diximus: tenebitur igitur hic iniuste resiliens in conscientia tantum ad restitutionem arrarum, quas recepit, vt recte docentur terminis Palud. d. distinctione 27. questione 1. articulo 2. conclusionis 3. num. 13. Syluest. verb. arra, quest. 4. & ibi Armill. num. 4. Ludouic. Lopez in 2. parte instructio, in materia de matrimo. c. 36. folio 1032. Vega lib. 2. sue Summa casu. 284. quos referet, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrimo. disputat. 37. num. 1.

Non etiam obest, quod Thom. Sanchez ubi supra nos allegat, d. nu. 3. in princip. pro contraria parte, nempe requiri sententiam iudicis, quia respondemus, nos ibi non dixisse non sufficere petitionem partis, sed tantum, quod pena conventionalis non statim soluenda est, vt incurratur, ante mandatum iudicis, quia hoc verissimum est: ceterum, si petatur, & pena vere, & realiter incurfa fuerit, contendimus in conscientia statim, cum petatur de-

16. Si vero vterque arras dedit, & recepit, iniuste resiliens suas perdet, & quas accepit restituet, secundum Dyn. in d. l. final. & ibi Salic. numero nono, qui hoc verum intelligit, quando vtraque arrarum quantitas æqualis est, nam si, quam tradidit iniuste resiliens esset minor, teneretur supplere vtiq; ad æqualitatem quantitatis arrarum alterius, cum alias non esset pena dupli, sequitur Sanchez ubi supra num. 9.

Dubium tamen est ingens in proposito, an pena dupli, vel quadrupli adiecta dationi arrarum in casu non paritionis, de qua in l. final. C. de sponsal. quando quis iniuste resiliit, habeat locum attentio iure Canonico, nempe d. caput. Gemma, quod annullatur omnis pena, sub qua matrimonium promittitur, vt matrimonium libere contrahatur, quia ratione videtur, hæc etiam penam restitutionis arrarum in duplum, aut quadrupli correctam esse, atque ablatam, & comprehendendi sub prohibitione illius text. & tantum teneri, qui iniuste resiliit arras receptas restituere: quod ita tenent nonnulli, in quorum opinionem magis inclinat, quamuis dubius, & relinquens cogitandum Gregor. Lopez in d. l. 84. in glossa, e. todas. titulo 8. par. 3. quia solutio dupli, vel quadrupli est mera pena, & militat in eadem ratio prohibitionis, cum minime re ipsa tempore contractus tradatur, & ob hoc forte non fit mentio dupli, vel quadrupli in l. prima, titulo 11. par. 4. quarta, sed tantum, vt nolens fuisse matrimonium restituar arras receptas.

Nilominus tamen communis sententia est in contrarium in hac specie, vt fatetur Gregor. Lopez ubi supra, atque eam tenet Paludan. in quarto distinctione 27. questione 1. articulo. conclusionis 3. numero 13. eamdem præsupponunt Iuris Pontificii interpretes quam plurimi, qui probant non tradentem arras teneri soluere hoc duplum, vel quadruplum; si ita conuenit sit, quod non dicerent, si iure Canonico aduerfaretur: hi sunt Hostiens. in summa titulo de sponsal. §. primo n. 2. & in d. ca. Gemma ad fin. & ibi Innoc. num. 1. Ioan. Andr. num. 7. Ant. de Butrio num. 8. Anchar. 5. Alexand. de Neuo num. 21. Præposi. 9. & Cardinal. quest. 71. num. 3. Anton. Gomez in l. 50. Taur. num. 12. & alios referens Thom. Sanchez d. disputatio 36. num. 11. ubi respondet fundamentis contrarie partis.

Sed an saltem in foro conscientie debeat hæc pena dupli, vel quadrupli, quæstio est? de pena dupli, quod non debeat in foro conscientie ante condemnationem iudicis est proculdubio, quia est pena legis, que iuxta communem prope omnium sententiam non debetur ante condemnationem, glos. vltima in fine communiter approbata in cap. fraternitas 12. quest. 2. de qua late alibi diximus: tenebitur igitur hic iniuste resiliens in conscientia tantum ad restitutionem arrarum, quas recepit, vt recte docentur terminis Palud. d. distinctione 27. questione 1. articulo 2. conclusionis 3. num. 13. Syluest. verb. arra, quest. 4. & ibi Armill. num. 4. Ludouic. Lopez in 2. parte instructio, in materia de matrimo. c. 36. folio 1032. Vega lib. 2. sue Summa casu. 284. quos referet, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrimo. disputat. 37. num. 1.

Non etiam obest, quod Thom. Sanchez ubi supra nos allegat, d. nu. 3. in princip. pro contraria parte, nempe requiri sententiam iudicis, quia respondemus, nos ibi non dixisse non sufficere petitionem partis, sed tantum, quod pena conventionalis non statim soluenda est, vt incurratur, ante mandatum iudicis, quia hoc verissimum est: ceterum, si petatur, & pena vere, & realiter incurfa fuerit, contendimus in conscientia statim, cum petatur de-

19. De pena autem conuentionali, que est quadrupli, disputant DD. & in triplici sunt sententia, vt refert ibi Thom. Sanchez, num. 2. cum sequentibus. Prima habet, penam conuentionalem debitam esse in foro conscientie, & hæc est Anchar. quamuis aliquotulum dubij in regul. possessor. de regul. iur. in 6. n. 21. vers. Primo querit: Felin. in c. 1. n. 46. vers. l.imita. 3. de consen. & ibi, Dec. in 1. de iur. num. 73. Menchac. lib. 2. controuers. vfu frequent. c. 7. num. 21. Palud. ubi supra num. 13. ubi nuncupatim ait, hæc penam quadrupli statim soluendam esse in foro conscientie: & videtur eam tenere Nauar. lib. 3. de restituitioe cap. 2. in 2. editione dubitat. 10. num. 274.

Secunda sententia habet, non deberi in foro conscientie penam conuentionalem ante iudicis sententiam, quam existimat probabilior, quamuis primam dicat satis probabilem Thom. Sanch. ubi supra numero 4. allegans nonnullos Authores eam tenentes, prout sunt Adrian. quodlibet. 6. artic. 2. corollar. 3. in parus, fol. 112. & Ledelma in secundam partem 4. quest. 18. articulo 3. fol. 267. Victoria, Ludouic. Lopez, Palacios, Beya, & nos lib. 2. Canonie. questio 1. cap. 20. numer. 13. & tandem dicit, quod eam tenent multi Neoterici doctissimi, & quod ideo in nostro casu dicendum est, penam quadrupli conuentionalem non deberi ante iudicis sententiam. Tertia sententia mihi verior, & tenenda, & que magis recepta videtur, habet, non teneri resiliendum soluere penam conuentionalem, donec alius contrahens eam petat, illo tamen petente, teneri, nulla iudicis expecta sententia: petio namque illa in pena conuentionali vicem habet sententia iudicis requisita in pena legalis quare sicut in hac de iudicatur sententia iudicis, ita in illa creditoris petio, ita tenet Philip. Cornes. consil. 69. volumine 2. & consil. 55. numero 22. volumine 3. Rebuff. in repetitione l. vnic. C. de sentent. que pro eo, quod interest, profertur, in glos. profertur, n. 40. & 41. quos refert, & sequitur D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte c. 6. §. 8. nu. 11. & nos de iuram. confirmat. 1. parte c. 36. nu. 11. ad fin. Mench. de success. creat. in presertione n. 98. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 5. casu 260. nu. 40. Padilla in l. si quis maior. nu. 39. C. de transact. Mexian prag. Taxa panis conclusiones 6. num. 100. cum sequenti. D. Azeu. in rubrica tit. l. 2. nonne collect. Reg. num. 28. cum sequentibus, Capua. lib. 2. decis. 11. num. 32. Molin. Theolog. in 1. tom. de Iustitia, & Iure tractatu 2. disputatio 97. in fine.

20. Nec tenendo hanc sententiam obstat, quod de stylo curiæ non fit pænæ conuentionalis condemnatio, nisi quatenus interest, vt cum Matth. de Afflictis, & Auendann. diximus de iurament. confirmat. 1. parte cap. 36. nu. 10. & quod ideo probata consuetudine, si nullum interesse sequatur, minime debetur hæc pena: ergo necessaria est interuencio sententia iudicis, vt discussis moderatione pænæ ac soluendi consuetudine discernat, quid soluendum sit: hoc namque procedit, & loquitur in foro exteriori, de quo nunc non agimus, sed in foro interiori animæ, quod licite in eo exigi, & haberi possit pænæ conuentionalis, si soluat, quamuis excedat id, quod interest, iuxta communem & magis receptam sententiam docuimus lib. 2. Canonie. questio num. cap. 20. num. 13. ad fin.

Non etiam obest, quod Thom. Sanchez ubi supra nos allegat, d. nu. 3. in princip. pro contraria parte, nempe requiri sententiam iudicis, quia respondemus, nos ibi non dixisse non sufficere petitionem partis, sed tantum, quod pena conuentionalis non statim soluenda est, vt incurratur, ante mandatum iudicis, quia hoc verissimum est: ceterum, si petatur, & pena vere, & realiter incurfa fuerit, contendimus in conscientia statim, cum petatur de-

beri, imo hoc ibidem paulo inferius annuimus, ibi, & sic fi petatur.

Nec interest, quod Thomas Sanchez non viderit, qua ratione probetur petitionem creditoris in proposito vicem habere sententia iudicis: siquid cum pænæ certa sit conuenta, & de incurfu non dubitetur, & pars perit eam, opus non sit in conscientia alia sententia, idemque supra dicta operantur in eo foro, quod sententia operaretur in exteriori, tandem debitor constituitur in mora soluendi per interpellationem in præd. specie; ergo tenetur in conscientia ex illo tempore ante condemnationem iudicis, quoties nulla exceptio defendi potest à solutione præd. pænæ.

Hinc est, huiusmodi debitorem pænæ conuentionalis, dum à se non petatur per creditore posse eam præscribere, ita, vt cesset actio illa ad pœnam, si spacio 30. annorum illa non petatur, l. omnes C. de prescript. 30. ann. quia possidens, bonam fidem habet ante petitionem, cum eam offerre non tenetur, ita tenet Purpur. quem refert, & sequuntur Rebuff. ubi supra num. 42. & Thom. Sanch. numero 5. ergo si petatur, est in mala fide, & tenetur illam soluere.

Ultimo obseruandū est, patrem tradentem arras, & promittentem matrimonium filia illas non amittere, si faciat, quicquid in se est bona fide, & absque dolo, vt filia adimpleat, & ipsa adhuc nolit, vt cum Socin. recte probat Thom. Sanchez disputat. 36. nu. 113. contra Greg. Lop. in d. l. 84. in glos. §. Guisaro.

CAPITULUM XIX.

De arris promissis à sponso sponsæ, vel à marito uxori.

SUMMARIUM.

1. Arre, quas promittit sponso sponsæ, vel marito uxori, in Hispania successerunt in locum donationis propter nuptias.
2. Arre, quas promittit sponso sponsæ, vel marito uxori in premium virginitatis, que non erat virgo, an sint restituendæ per mulierem? & numerus sequentibus.
3. Arre presuntur dari in premium detrimenti virginitatis quod per maritum vxor patitur.
4. Falsitas cause finalis annullat donationem.
5. Arre possunt dari vidua, & corruptæ, & in num. 9.
6. Cessante causa tunc demum cessat effectus, quando cessant omnes cause.
7. Viduus constituens arras femina, quam parabat virginitatem esse, & postea conscius defectus virginitatis vitam conugalem cum ea agit, an videatur valide donare?
8. Femina corrupta utens medijs licitis, vt virginitatis defectum regat, an peccet necnon? & parentes, & alij intercessores consensu eius defectus, & copulantes eam matrimonio tanquam virginem?
9. Arre possunt constitui à sponso sponsæ, vel à marito uxori ante, vel post initum, vel consummatum matrimonium.
10. Arre in his Regnis Hispanie non possunt dari, nec promitti iuxta legem fori vltra decimam partem bonorum promittentis, nec huic legi potest renouari.
11. Insumatio donationis arrarum non requiritur, dummodo ipse non excedat decimam partem bonorum eas promittentis.
12. Vxor, vel sponsa potest arre promittere marito, vel sponso ob aliquam iustam causam, dummodo non excedat decimam partem bonorum eas promittentis.
13. Arre possunt promitti tam de bonis presentibus quàm futuris, & mulier potest eligere tempus vtilioris.



- 18 Arrarum promissio in dubio de bonis presentibus intelligitur, nisi futura exprimat, & numero 20. requirit quaedam limitatio.
- 19 Hypotheca bonorum in alia contrahitur quam promissio arrarum intelligitur de bonis presentibus, & futuris, etiam si id non exprimat, & de ratione differentie inter utrumque casum.
- 21 Arras promittens, quamvis hereditas necessarius careat, non potest eas ultra decimam bonorum suorum promittere.
- 22 Arras promittenti de bonis deducendum est omne alienum, item onera, & tributa dictorum bonorum, & computandus est valor officiorum vendibilium, secus eorum que vendibilia non sunt, ut in num. 23.
- 24 Arra promissa ultra valorem decima partis bonorum eas promittentis non in totum vitiantur, sed tantum in excessum.
- 25 Arras an possit extraneus promittere de sponsi bonis?
- 26 Fidei iussor obligans, ut principalis, y ha ziendo de deuda, y calo ageno suyo proprio, potest conueniri directe absq. eo, quod precedat excusio in bonis principalis delictoris.
- 27 Arrarum decima an computanda sit iuxta valorem bonorum, que sponsus vel maritus bona fide possidebat, si postea euincantur, vel aliter constet non fuisse propria?
- 28 Arrarum promissio a possessore vinculi, vel maioratus quomodo sit computanda, & num. sequentibus.
- 32 Arrarum promissio ultra decimam partem bonorum an sit valida in foro conscientie? & numerus sequentibus, ubi etiam quis in melioratione excedente tertium & quantum facta sit per contractum matrimonij inter vivos.
- 36 Lex semper est in viridi obseruantia, nec sufficit non vsus eius nisi probetur contrarius vsus.
- 37 Arrarum promissio, vel datio ultra decimam partem bonorum promittentis an firmetur iuramento, & cui incumbat onus probandi excessum arrarum, num. 38.
- 39 Arra promissa per virum habentem filios prioris matrimonij, an sine extrahenda ex toto corpore hereditatis, vel ex sola ea parte, de qua potest libere disponere?
- 40 Sponsalitia largitas ex quibus bonis est detrahenda.
- 41 Magnas arras promittens vir ea ratione, quod amplius dos promissa sit, aliter minores arras promissurus, an teneatur arras promissas dote non soluta?
- 42 Minor an possit arras promittere? remissive.
- 43 Mulier descendentes habens, que secundo non nupsit, potest quemcumque ex descendentes meliorare in tertio, & quinta arrarum parte, secus in muliere secundo nubente filios prioris matrimonij habente, ut in num. 44.
- 45 Vxor trahens ad secundas nuptias tenetur referuare filijs prioris matrimonij sponsalitiarum largitatem, quam habuit a viro prioris matrimonij.
- 46 L. 52. Tauri, bodi. l. 4. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg. litera, & intellectus refertur, & num. sequentibus.
- 50 Dictionis, sed, natura.
- 51 Electio sponsalitie largitatis, vel arrarum semel facta non licet amplius variare.
- 52 Purgatio moris attentio Iure Canonico est licita etiam in casibus in quibus alius de Iure Civili locum non habebat, dummodo ius alterius non sit factum detentis.

Supra egimus de arris, que jure communi traduntur inter sponfos in signum, & pignus ma-

rimonij futuri: nunc autem de his agamus, que in Hispania dantur, & accipiuntur pro donatione, qua facit sponfus sponse, vel maritus vxori in premium dotis recepte, nobilitatis, vel pudicitie, quam ipsa soluto matrimonio lucratur.

He autem arras, licet valde distent a donatione propter nuptias, que olim erat in vsu, successerunt tamen in locum illius: vt deciditur in l. 1. in fin. tit. 11. parti. 4. ibi, Et tal donation como es ta dizen en Espanna propriamente arras, & probauimus cu alijs lib. 3. pract. 4. 43. n. 2. 3. & 6. & quamplurimi alij Hispani, quos congerit, & sequitur Thom. Sanch. lib. 6. de matrim. disput. 1. num. 1.

Ex quibus deduci videtur, sponsam creditam virginem a sponso, cum tamen virgo non sit, teneri huiusmodi arras restituere, cum dentur in premium virginittatis, vt in l. res vxoris C. de donat. inter vir. & vx. ibi, quia pudicitia premo cessit, & ibi Bald. in fin. aut donationem factam per virum vxori praferri fieri in pudicitie premium.

Quare Palat. Rub. in repet. subijce de donat. inter vi. rum, & vxor. §. 12. num. 1. & Gomez Arias in l. 49. Taur. num. 8. & Ant. de Padilla in authenticas res qua. num. 21. C. commun. delegat. dicitur arras praferri dari in premium detrimenti virginittatis, quod per maritum sponsa patitur, & voluerunt alij, quos refert Thom. Sanch. d. lib. 6. de matrim. disputatione 27. numer. 5. accedat stylus Tabellionum, qui habet, quod ha arras assignentur, & constituantur ratione virginittatis mulieris, & haec videtur esse causa finalis constitutionis arrarum.

Falitas autem cause finalis annullat donationem, l. 2. §. final. de donation. praecipue cum talis donatio arrarum procedat in specie nostra ex errore, quod sponfus eam virginem esse putabat, alias minime daturus nec eam duceret.

Licet enim arras dari possint vidue l. 1. tit. 2. lib. 3. for. leg. idque omnes profiteantur, at dum donans ignorat, se corrupte dare, praesumitur donatio facta in premium virginittatis, ac proinde non valere, vt praediximus.

Et in terminis hanc sententiam affirmatiuam tenet Castill. loquens de sponsalitia largitate, atque alijs donatis per sponsum sponse, in l. 52. Tauri in glos. antes de conuincido num. 20. versus, ex qua ratione, & pro hac parte faciunt tradita, per Cordub. in sum. questione 135. Ludouic. Lopez 1. parte Instruitor. cap. 76. §. protere a co. sequenter, Vega lib. 1. summa casu 387. Manuel in sua sum. 1. tom. in secunda editione cap. 208. num. 122.

Ubi resoluunt, quod si viduus femine quam dedit dotem constituat, credens esse virginem, aliter nullatenus constituturus, neq. cum ad ipsam accessit, nouit virginittatis defectum, tenetur ea femina, que vere virgo non erat, dote restituere; & similiter si cognito defectu dotasset, non tamen ita ample tenetur excessum illum restituere.

Et addit Manuel vbi supra caute dixisse hos DD. 7 si vir no nouit defectum, dum ad sponsam accessit, quia si tunc nouit, & vitam maritalem agat, cenetur iniuriam remittere, & denio dote.

His tamen non obstantibus, contraria sententia 8 in articulo principali verior est, & tenenda, vt eam ex pluribus probat Thom. Sanch. d. lib. 6. disputatione 27. numer. 4. 5. & 6. vbi respondet fundamentis prioris sententiae, quam sibi displicere affirmat, credens arras minime dari in virginittatis premium, nec restituendas esse ab ea, que vero virgo non est, licet a marito virgo crederetur, nullo namque iure probatur arras dari solum in virginittatis premium.

Imo ita possunt dari vidue, & aliter corrupte, sicut 9 virgini,

virgini, vt probat d. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori, & docent Greg. Lopez in l. 87. verbo, segun fuero tit. 18. parti. 3. & in l. 1. verbo, en Espanna. ad fi. tit. 11. parti. 4. Ant. Gom. in l. 52. Tauri numer. 13. dantur enim in premium pudicitie virginalis, vel vidualis, vt docet Couar. in cap. officij numero 4. de testamentis, & lib. 2. var. resolut. cap. 6. num. 7. & nos quoque lib. 1. practice. quest. 124. num. 2. tandem quia d. l. 87. tit. 18. parti. 3. vbi describitur forma instrumenti donationis arrarum, non continentur ea verba, que communiter Tabelliones apponere solent, scilicet, in honorem virginittatis; sed tantum, por raxon del casamiento, quare merito Greg. Lopez, ibidem in glos. segun fuero, & in l. 1. verbo, en Espanna. ad fi. tit. 11. parti. 4. expendit d. l. 87. contra praed. vsum Tabellionum, addit Suar. in d. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori num. 1. arras promitti vxori in honorem virginittatis, vel propter ipsius viri honorem, esse que in peritorem Tabellionum errorem in contractu apponere, promittit arras in honorem virginittatis, cum id necesse non sit, sufficitque simplex promissio, & datio arrarum: ergo quae non est virgo minime tenetur eas restituere, & quamuis virginittas esset causa huius donationis, non tamen ea sola est, sed matrimonium, & in remunerationem dotis, vel nobilitatis sponse, vel alia, vt affirmant DD. nostri de hac materia loquentes.

Ad hoc autem, vt cessante causa cesset effectus, requiritur omnes causas cessare, vt docet Bart. in l. 2. §. si in fin. de donat. late Tiraque de causa cessante limitatione 16. per totam. His & alijs quamplurimis fundamentis hanc secundam sententiam optime comprobant, & defendit Tho. Sanchez, vbi supra.

Qui numero 5, inquit, minus bene dixisse DD. supra citatos, tenentes, viduum constituentem dotem feminae, eo quod putabat virginem esse, alias non constituturus, imalide donare si ipsa virgo no sit, & tenei dotem restituere, vbi late probat, aunque en el instrumento de la donacion se dixesse, que lo hazia por ser el vicio, y ella donzella, quia verba haec intelliguntur, id est, iuuenula, vulgo, moza; minus etiam approbat, quod dixit Manuel vbi supra, scilicet, cenferi virum hanc dotem remittere sponse obligate ad restituendum, si conscius defectus virginittatis vitam conjugalem cum ea agat, eoatius namque necessitate id facit, quia fornicatio praecedens jus diuorij minime concedit, & in necessitatibus nemo liberalis existit, l. donari §. de veg. iur. ergo vita illa conjugalis non est coniectura nouae donationis, que secunda sententia principalis, tum etiam, & secunda contra Cordub. & sequaces mihi omnino placet.

An autem peccet femina vtens aliquibus medijs, alias licitis, vt virginittatis defectum tegat, & tanquam virgo nubatur. Nec non, & parentes, alijque intercessores consilij eiusdem defectus, & copulantes eam, tanquam virginem, matrimonio tangit Nauar. in cap. inter verba, in secunda editione, conclusio 1. corol. 16. num. 60. vbi distinguit dicens, quod si credatur fore, vt vir non valde aegre ferat, nec sit initiatus minoribus ordinibus, qui velit priuilegio Clericali gaudere, puella haec hunc defectum celans non peccat fallens lethaleriter, autem vir sit initiatus minoribus ordinibus volens priuilegio Clericali frui, vel probabiliter credatur, vbi defectum percepit vir, fore, vt aegerrime ferat, ipsamque interficiat, aut ea relicta ad Indos proficiat, aut alperime tractet, vitam que discorsis plenam agat, tutius ait esse, vt ipsi non nubat, nisi paraefacto defectu, nec se audere oppositum consuleret, si haec distinctio vera esse videatur, mihi autem prior, & verior videtur in hoc puncto triplex conclusio, quam constituit Thom. Sanch. d. lib. 6. disputatione 27. num. 8. cum sequentibus. Prima habet, puellam hunc defectum, &

alios celans non peccare contra iustitiam, licet aliis quibus medijs vtatur, vt si defectus minime percipiatur. Secunda conclusio asserit, si verisimile sit fore, vt nunquam vir id vitium percipiat, vel eo percepto, non valde aegre ferat, nulla est culpa tegere, vel medijs alias licitis ad tegendum vri. Tertia conclusio affirmat, si verisimile sit, maritum habiturum illius defectus notitiam, & aegerrime laturum, vitamque discordis plenam acturum, ac male tractaturum vxorem, est peccatu lethale contra charitatem illi nubere eo tacito defectu, quia datur grauis ansa scandali, multorumque criminum, quo saltem lex charitatis vitare obligat, nec oppositum est consulendum, vt ibi bene probat singularis praed. conclusiones respondens contrarijs fundamentis.

Secundo ex supra dictis deducitur, arras hoc constitui posse a sponso, vel marito sponse, vel vxor ante vel post initium, vel consummatum matrimonium, vt probatur in l. 1. in fin. tit. 11. parti. 4. & in l. 87. titulo 18. parti. 3. ibi, arras, y donaciones, & C. Et in terminis hanc opin. tenent Palac. Rub. in repet. rub. de donat. inter viri & vxor. §. 2. n. 2. & in l. 50. Taur. n. 4. & ibi Castill. nu. 6. Anron, Gom. n. 12. Montal. in l. 1. tit. 2. de las arras, lib. 3. for. & ibi Suarez num. 30. D. Couar. in quarto Decret. secunda parte cap. 3. §. 7. n. 12. Baeza de non melior. ratio dot. filij, cap. 5. nu. 12. 18. 19. 20. & 21. Matien. in l. 2. glos. 2. num. 2. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg. & in rubrica glos. 2. nu. 6. D. Azeued. in d. l. 2. num. 8. & nos lib. 3. pract. quest. 33. num. 5. Valde confli. 4. nu. 4. tom. 1. Ayora de parit. 2. parte, quest. 44. & hoc est probabilis secund. Thom. Sanchez d. lib. 6. de matrim. disputatione 29. num. 2. imo & receptius; vt constat ex supra dictis: tamen si Greg. Lopez, in l. 1. 1. verbo, en Espanna, tit. 11. parti. 4. & Molin. Theolog. tom. 2. de iustitia, & iur. disputatione 431. §. dubiu est, num. arra, & §. simili modo, teneant forte posse initio matrimonio arras dari, quando nobilitas, vel ingens vxoris dos, vel alia causa induceret, ad tunc donandum arras, secus, quando meram donationem saperent, sed verius, & tenendum est indistincte, quod praediximus ex supra dictis.

Ulterius in hac materia obseruandum est, quod in his Regnis Castellae, vt tantum promittere potest sponse, vel vxori decimam partem bonoru suorum pro arris, d. l. 1. tit. 2. de las arras, lib. 3. fori, l. 50. Taur, que hodie est l. 2. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg. vbi additur, quod non possit huic l. renuntiare: & haec prohibitio non est facta iure Partitarum, vt recte censet Greg. Lopez in l. 87. verbo, segun fuero, tit. 18. parti. 3. quamuis contrarium minus bene dixerit idem Greg. Lopez in l. 1. verbo, arra, tit. 11. parti. 4. vt cum iudicio perpendit Thom. Sanch. d. lib. 6. disputatione 29. numer. 1. vbi numer. 2. improbat Didac. Perez dicentem non posse arras excedere octauam dotis sponse partem, ex l. 52. Taur. sed fallitur in hoc manifeste Didac. Perez, quia d. l. 52. Taur. tantum loquitur de sponsalitia largitate, seu de iocalibus, vt ibi bene probat.

Addens numero 3, non requiri insinuationem in hac arrarum donatione, licet excedant summam aliarum donationum insinuationem requirientium, dummodo non excedant decimam bonorum, que vir tunc possidet, vt tenet D. Molin. Theolog. 2. tom. de iustitia, & iur. tractatu 2. disputatione 29. vers. quintum esseque verisimum.

Secundo obseruandum est, non tantum virum posse arras vxori constituere, atque promittere, sed etiam vxorem viro in nobilitatis, vel diuitiaru premium (addo, vel ob alia iustam causam, nempe dispartitatis, atatis, vel alias) nec possunt excedere decimam bonoru vxoris partem; ita probant, & tenent Azeued. in l. 2. numer. 1. & 2. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Reg.



Reg. & Tho. Sanch. *vbi supra* lib. 6. *disputacione* 29. *num. 4.*

17 Tertio, quod arrae possunt promitti de bonis praesentibus, & futuris, & vxor eligere poterit tempus, quo bonorum viri valor computandus sit: & tunc decimam illorum non debent excedere, vt probatur, & disponitur in l. 2. tit. 2. de las arras. lib. 3. fori, per quam tanquam vsu receptam iratenent Palac. Rub. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. 4. num. 1. *versic. si autem vir.* D. Castillo, in l. 50. *Taur. num. 5.* & ibi Ant. Gomez *num. 13.* Roder. Suarez in l. 1. num. 10. *versic. nota vltima* lib. 3. fori, diximus lib. 3. *pract. quest. 42. num. 2.* Matien. in l. 2. §. 1. num. 5. tit. 2. lib. 5. *nona collect.* Reg. & ibi Azueco. *num. 24.* Ayora de partitio. 1. parte cap. 7. *num. 18.* quos refert, & sequitur Thom. Sanch. *vbi supra* a. num. 5.

18 Promissio tamen arrarum de solis bonis praesentibus facta intelligitur, nisi futura exprimat, quare, sola bona, quae maritus tempore promissionis possidebat, inspicienda sunt ad taxandam arrarum quantitatem, vt resoluimus d. *quest. 42. num. 2.* Padilla in *authenticis* que. *num. 26.* C. *commun. de legat. Baeza de non melior. ration. dot. fil. cap. 31. num. 10.* Azueco. in d. l. 2. num. 22. Molin. Theol. 2. tom. de *iusiuria*, & Tur. *disputacione* 43. 1. *versic. circa haec* queritur in fin. Ayora. *vbi supra*, & late comprobatur, & sequitur Thom. Sanch. *vbi supra* n. 6. & 7. respondens l. si. C. *quae res pig. oblig. pos. & l. 5. tit. 13. part. 5.* vbi deciditur, sub hypotheca bonorum, comprehenditur etiam bona futura.

19 Aliud namq; est in obligatione aliquid dandi de bonis, aliud vero in bonorum hypotheca: in primo namque casu agitur de magno praedicio, vel damno promittentis, si nomine bonorum comprehenditur futura, cum obligatio extenderetur in faciendo vero casu licet hypotheca bonorum extendatur ad futura, agitur de modico praedicio, cum ex hoc non in plus teneatur obligatus, sed tantum ad principalis debiti securitatem constituitur hypotheca, vt considerat glof. in d. l. fin. *verb. pertinendum*, & ibi Salic. *num. 2.*

20 Neque audiendi sunt Baeza, & Azueco *vbi supra*, dum temperant conclusionem modo proxime relata, vt intelligatur, quando maritus tempore promissionis arrarum, bona aliqua possidebat, vel habebat, quia si ijs careret, tempus praestationis, & non promissionis dicunt esse inspiciendum; haec namq; limitatio admittenda non est, quia nullo iure probatur, vt recte ostendit Tho. Sanch. *vbi supra* num. 8. & 9.

21 Vbi *numero 10.* cum eisdem Baeza, & Azueco tenent, quod quamuis promittens arras hereditibus necessarijs careat, non potest vltra decimam bonorum partem promittere.

22 Deducendum tamen est omne alienum, vt liquet quantitas decimae arrarum nomine vxoris promissa, vt probauimus d. lib. 3. *pract. quest. 42. num. 32.* & tenent alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. *vbi supra* a. num. 11. vbi *num. 12.* quod similiter deducenda sunt in proposito onera, & tributa, quae ex praed. bonis promittenti arras soluantur.

23 Sed ad computandam hanc bonorum decimam, estimandus est valor officiorum, quae vendibilia sunt, vt Tabellionatus, rectoris vrbis, & similia: secus eorum, quae vendibilia non sunt, & computanda sunt etiam illa bona, ad quae vir habet actionem, vt cum alijs probat Sanchez *vbi supra*, *numero 13.*

24 Quod si arrae excedant decimam bonorum partem, non omnino sunt intulidae, sed tantum quoad excessum, vt recte cum alijs pluribus Authoribus probat ibi Sanchez *num. 14.* vbi *num. 16.* idem probat, si fundus excedens valorem decimae nomine arrarum constituitur, tantum namque valebit, quoad decimam bonorum, & non amplius secundum Ioan. Lup.

in l. 50. *Taur. num. 12.* & ibi Castil. *num. 8.* Azueco. in d. l. 2. *numero 20.* tit. 2. lib. 5. *nona collect.* Reg.

Sed neque tertius aliquis poterit vltra decimam bonorum viri partem vxori promittere nomine arrarum, si credimus Ioan. Lup. in l. 50. *Taur. num. 5.* & ibi Castil. *num. 4.* & Matienco in l. 2. *glof. 2. num. 8.* tit. 2. lib. 5. *nona collect.* Reg. verius tamen est contrarium, nisi a consanguineis, vel alijs extraneis promittantur, non vere de proprijs bonis, sed de sponfibonis, vt recte probat Sanchez *vbi supra* n. 7. vbi quod neque parentes sponfi promittere posse arras pro filio, si excedant decimam partem eorum, quae de eorum bonis filius habiturus est, fit igitur ex supradictis, quod si tertius ex proprijs bonis, dotem, aut arras constitueret vltra quantitatem a legitimis Regijs permiffam, valida sit ea promissio, seu constitutio, seclusa fraude, & dolo: vnde obligans se tanquam fideiusor, non tenebitur vltra summam permiffam, cum principalis obligatio non teneat, nisi tertius hic se obliget non accessorie obligationi patris, aut mariti, vt fideiusor, sed tanquam principalis, scilicet, obligatus casu, quo fratres ratam non habuerint eam summam excessum dotis, vel excessus arrarum petat, vt recte tenet, & probat Sanchez *vbi supra*, quod etiam verum intelligo cessare omni fraude, & dolo.

Sic etiam videmus, quod si fideiusor principaliter constituat se debitorum suscipiendo in se obligationem, scilicet, *haziendo de deuda agena suya propia*, in eodem instrumento cum debitor principali, hoc casu non requiritur, vt praecedat excusio in persona debitoris principalis, sed potest directe conueniri huiusmodi fideiusor, vt cum communi resoluimus de *iuramento confirmati*, 1. parte cap. 23. n. 8. & 11.

Dubitant praeterea DD. in hac materia arrarum, an decima praed. computanda sit iuxta bona, quae maritus promissionis tempore bona fide possidebat, si postea illa euincantur, vel aliter constet, non fuisse propria? & videtur in hac specie minuentam non esse, quoniam bona nostra appellatur, quae bona fide possidemus, quamuis aliena sint, l. bonorum *appellatio* 49. ff. *de verb. signific.* & in terminis hanc partem tenent Roder. Suarez in l. 1. num. 5. *versic. tene etiam* menti tit. 2. de las arras. lib. 3. fori, Ant. Gomez in l. 50. *Taur. num. 13.* Baeza de non melior. *ration. dot. fil. cap. 28. num. 4.* & cap. 31. *num. 12.* Matien. in l. 2. *glof. 2. nu. 4.* tit. 2. lib. 5. *nona collect.* Reg. & ibi Azueco. *num. 23.* Molin. Theolog. in 2. tom. de *Iustitia*, & Tur. *disputacione* 43. 1. *versic. illud est obseruandum*: sed nihilominus verius est, & tenendum contrarium, imo quod decimam bonorum in proposito computetur, eorum tantum, quae vera erant promittentis, vt late probauimus lib. 3. *pract. questione* 42. *num. 12.* cum sequentibus, & tenet Ayora de *partitio*, 1. parte c. 7. *num. 22.* & 24. & nouissime contra priores Thom. Sanchez, d. lib. 6. *disputacione* 30. *num. 2.* idem probans *num. 3.* in sponfalitia largitate, quae excedere nequit octauam dotis sponse partem.

In possessore vinculi, & maioratus arras promittente vxori, vel sponse conueniunt omnes habendum non esse respectum ad valorem maioratus, sed reddituum seu vfusfructus, quos promittens arras percepturus est toto tempore vite suae, vt post nos lib. 2. *pract. quest. 17. nu. 2.* in *versic. sed his omnibus*, affirmant Molin. Theol. 2. tom. de *Iustitia*, & Tur. *disputacione* 43. 1. *column. 1165. versic. circa hoc* & Thom. Sanch. d. lib. 6. *disputacione* 31. *num. 1.* resoluendos post alios, quos citant, esse estimandos praed. redditus iuxta regulam l. *hereditatum*, ff. ad l. *Falcidia*, traditam in vsufructu legato ad effectum, vt ex illo detrahatur *Falcidia*, vt patet ex ipsis, & alijs, quos citant, praecipue Sanchez, *numero secundo.*

Hanc autem computationem d. l. *hereditatum* in 29. quod glof. ibi *verb. triginta*, esse intelligendam, vt pendat a futuro euentu vite illius redditus percepturi, quare sit facta computatione pauciores annos postea vixisse comperiat, quam computati sunt, reddendum erit, plus illud, quo redditus aestimati sunt, si vero comperiat, plus vixisse addendum erit incrementum hoc computationi prius factae, quia veritas praesertur praesumptioni, de qua in d. l. *hereditatum*, & ita etiam tenet Bart. *ibidem* *versic. quero, quid sit*, Alberic. & magis communiter DD. Imol. & DD. in l. cum Titio ff. *de em. titulo*, & hec Accursij sententia frequentiori Doctorum calculo probata est, vt affirmat D. Couar. lib. 3. *va. resol. cap. 9. num. 9.* in *versic. hinc deducitur*, quam sequitur *num. 8.* lib. 2. *pract. quest. 17. num. 8.* hinc deducentes, vt promittente in casu arrarum, de quo agimus, marito tantum fiat computatio ejus temporis, quo maritus vixerit: si vero vxor praedeceferit, & maritus viuat, ab eo que petantur arras promissae, nec certum fit, quod vltiori tempore viuet, & gaudebit praedictio vsufructu, si per tunc computatio, & aestimatio annorum iuxta formam d. l. *hereditatum*, ibi, solium est tamen: quod si minus, vel plus vixerit, postea ejus ratio habebitur, ad id diminuendas, vel suppleendas arras, praeserta cautio ad id ab vtraque parte, iuxta doctrinam Bart. supra dictam, nisi partes ipse alio modo se conueniant, quarum in hoc conuentio ratione incertitudinis vite mariti valida erit, vt probauimus d. *num. 8.* & quamuis in hoc Molin. Theolog. *vbi supra*, & cum eo Thom. Sanchez *num. 2.* prope finem dicant contra hanc nostram sententiam: merito Aymon, & Cepol. quos refert, & sequitur Couar. *vbi supra* in *versic. hinc deducitur*, recedente ab hac sententia, censentes aestimationem d. l. *hereditatum*, minime pendere a futuro euentu, sed semel legitimam effectum seruandum esse, quicquid postea prober euentus: quia quod semel legitimum factum est, retractari non debet ex ijs, quae postmodum acciderint, l. *sanctimus* C. de *administ. tut. l. nec enim* ff. de *rim. ad. quam priuat.*

Nihilominus tamen (parcant hiviri Theologi) praed. nostra sententia verior, & magis communis est in terminis d. l. *hereditatum*, ac proinde tenenda, Tum,

30 Quia veritas semper praeferenda est praesumptioni, & opinioni, si qui rem iustitiam de legat. & ibi glof. *verb. in opinione* alia jura allegat, accedat praeterea, quia veritas semper praevalet atq; illi omnia cedunt l. *penult. S. mulier* ff. de *probat.* Bald. in l. *filium in prima lectura* num. 4. ff. *de ijs. qui sum. sui. vel alien. iur.* Parisius *consil. 209. nu. 82. lib. 2.* qui in specie praesumptionis loquitur, quos refert, & sequitur Menoch. lib. 1. *praesumptione* 31. *num. 4.* Tum etiam, quia opinio glof. & Bart. contra Cepol. & Aymon. quos refert, & sequitur Couar. *vbi supra* frequentiori Doctorum calculo probata est, vt factum Couar. *vbi supra*, adducens etiam pro ea eundem Aymonem *consil. 105. nu. 10.* ibi praeterea: quare in iudicando, & consulendo recedendum minime est a praed. magis communi sententia, quam probauimus vbi supra, nec etiam ab eadem deductionem, quam ex ea in materia arrarum fecimus, quicquid contrarium dicant Molin. & Sanch. *vbi supra*, si liquidum eorum opinio, & Couar. cui innituntur magis communiter, & merito damnatur, vt patet ex supradictis.

31 Sed est alius computandi modus certior, & facilius in proposito, quem ex Moli. *Iurista lib. 1. de Hispan. primog. c. 19. numero 41.* retulimus d. *quest. 17. post num. 8.* nempe, vt in praemissa specie possessoris maioratus arras promittentis, estimandus sit valor bonorum maioratus, solum ad vitam eius possessoris

hoc est, vt annui redditus deductis expensis, tanquam anni redditus ad vitam eiusdem possessoris aestimantur, ut in exemplo de quo ibi late egimus, nempe vnus pro octo, & hodie nouissimus vnus pro septem, quod etiam nos citans refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 6. de *matrimonio* *disputacione* 31. *numero 3.* & 4.

Nunc videamus, an in foro conscientiae valida sit promissio arrarum vltra decimam bonorum eas promittentis, ita ut vxor non teneatur excessum illum restituere, vel contrarium? & quidem, validam esse in foro conscientiae praed. promissionem in excessu, ac proinde vxorem minime teneri praedicti excessum restituere.

Facit opinio quorundam Theologorum tenentium in simili questione, nempe meliorationem causam factam vltra legitimam filiae per contractum inter viuos, non esse irritam in foro conscientiae, nec restitutum, donec iudicis sententia accedat, nec partem meliorationem necesse, quia lex Regia id prohibens, non est in viuis, vt obliget in conscientia, sed tantum, vt detur actio in re, tertio ad reperendum, & passim sic videmus fieri praedictas meliorationes, nec confessoris iniectione scrupulum, quare ita videtur lex haec vfu interpretata, ita tenent in terminis Cordub. in *summa questione* 124. in fin. licet postea aliquantulum trepidet: Mexia in *Taxa panis* *conclusiones* 6. *num. 42.* Enriquez lib. 1. de *matrimonio* cap. 20. *numero 4.* Ludou. Lopez lib. 1. *Infruct. cap. 175.* in *secunda* *editione*, & lib. 2. de *contra. cap. 42.* in *princip.* Manuel. Rodrig. in 2. tom. *summa* in *secunda* *editione*, *ca. 97. numero 3.* quos refert, & sequitur dicens hoc esse verius in his terminis Tho. Sanchez d. lib. 6. *disputacione* 33. *num. 3.* & 3. facit *Padilla* in *auth. Res. quae*, n. 23. C. *commun. de legat.* dum dicit sibi renuntiatum esse apud vtriusq; praetorij exquisitissimos iudices, hanc l. dissimilationem quadam excoluisse: ergo idem videtur dicendum in excessu arrarum, vt nec peccet promittens arras vltra decimam partem bonorum suorum, nec ille excessus sit restituendus in foro conscientiae ante iudices condemnationem: & idem in sponfalitia largitate vltra octauam partem dotis, per supra dicta.

Ego salua pace praed. Authorum in vtraque specie teneo contrarium, nempe, quod promissio arrarum vltra decimam partem bonorum eas promittentis & sponfalitia largitas vltra octauam partem dotis, non sit valida in foro conscientiae, quoad excessum, sed illum restituendum esse nulla iudicis sententia expectata, & praeterea, meliorationem causa dotis factam filiae per contractum inter viuos esse irritam in foro conscientiae, ac proinde excessum esse restituendum nulla expectata iudicis sententia: quod probatur, quia vtrumque iustis legibus Regijs prohibetur, & in super in contrarium factum, eidem ll. *annullatur. por los muchos, y grandes inconuenientes*, que de lo contrario resultarian, y podian resultar a los demas hijos, y herederos, & ita merito in priori specie arrarum, vt earum excessus vltra decimam, & sponfalitia largitas vltra octauam partem dotis non sit validus in foro conscientiae, sed illum restituendum esse nulla iudicis expectata sententia: hanc partem tenet Thom. Sanchez *vbi supra* d. *disputacione* 33. *num. 2.* quamuis ipse, vt videmus, probauerit, & teneat contrarium in melioratione facta filiae ex causa dotis, & matrimonio: & in hac specie priori arrarum, & sponfalitia largitatis non inueni vsq; adhuc aliquem Authorem tenentem contrarium meae praefatae sententiae, quae profecto est vtilissima tenenda.

In secunda vero specie meliorationis ex causa dotis, & matrimonio per contractum inter viuos, E iij



præfata mea sententia contra Cordubam, & sequas est etiam ventior, & tenenda est eisdem rationibus, quibus in prima specie tenuimus in foro conscientie esse nullam promissionem arrarum ultra decimam partem bonorum eas promittentis, quoad excessum, eumque esse restituendum nulla expectata ad hoc iudicis sententia: eadem namque rationes militantes, atque idem concludunt in vtraque, & eâ vera, nullam congruam rationem dissensionis inuenio inter vtramque speciem: nec tantum tribuendum est aequitati non scripte, ut offendamus iustitiam alterius partis sine iure, & concludenti fundamento, ut infra dice- mus. & ita merito quod pater in foro conscientie peccet lethaliter, & filia meliorata teneatur restituere excessum dote, & late probat Baega de non meliorand. ratione dotis, filia, cap. 29. nu. 1. & 2. & quod pater peccet lethaliter sic meliorans voluit, & conuenit etiam Tellus Fernandez, in l. 26. Taur. ad. 6. vers. ultimo complemento, Rojas in Epitom. 2. ad. cap. 3. nu. 41. & Angul. de melior. 2. 0. glof. 9. nu. 3. & cum opinione Tell. 2. 0. vbi supra transit ad eos se referens in l. 1. nu. 8. tit. 2. de las dotes. 3. arras, lib. 5. 0. collect. Reg. itaq; hæc nostra sententia non caret iudicis fundamentis, nec autoritate Scriptorum, ut vidimus, sicque non solum vera, & recepta videtur, sed iure verior, & securior, ac proinde tenenda in animæ iudicio, & nec ceteris filiis, quibus præd. excessus applicatur, præiudicium fiat.

35 Superest nunc, ut respondamus fundamentis contrarij. Ad primum respondemus præd. l. Regiam de Madrid prohibentem filiam posse meliorari ex causa dotis, & matrimonij esse receptam, nusquam enim vidimus in praxi de hoc dubitari, quamuis in negotij forensibus plusquam 40 annis versati fuerimus, ac proinde tanquam iustam, & latam super reg. aui. & in fauorem Reipublice, & subditorum obligare d. here in foro conscientie, iuxta doctrinam, quam adduximus lib. 2. prædic. q. 80. num. 9.

Denique si ea lex dat actionem in foro externo ad repetendum, ut fateur Sanchez, quare non obligabit in conscientia? Ad secundum fundamentum contrarium, nempe, quod passim videmus fieri dictas meliorationes, nec conf. ill. res iniicere scrupulum, & quod ideo ita videtur præd. l. Regia interpretata: facilis est responsio, scilicet, quod non passim sunt huiusmodi meliorationes, imo parentes dotando filias, ex causa matrimonij solent cauere, nec instrumenta dotis tenent vno modo meliorationem dotis, propter prohibitionem præd. l. Regia, & vt euenit nullatenus, quinimo, & ob eandem rationem viri contractui matrimonij solent communiter petere asscuratores dotum, hoc est, arras dot adores, con los padres de las que se han de desposar, como son hermanos de ellas, o esfranos, y así los unos, y los otros si se preúan con aquella leçura de buy de la ley Real, que prohibe la dicha mejor. a por causa de dote, temido su prohibicion Luego femal es que esta en uso. Præterea inadvertentia, & negligentia, aut potius contemptus confessoriorum præd. l. Regia non est sufficiens ad interpretationem ipsius; nec videtur ex hoc ita in vfu neglecta.

36 Lex namque semper est in viridi obseruantia, l. Ariani C. de Heretic. & Manich. nec sufficit non vltus ad derogationem legis, sed requiritur contrarius vltus, vt tenet Cyn. in l. 2. nu. 8. C. quæ sit long. consuet. est communis, & vera hæc sententia secundum Jaf. in l. de quibus num. 33. ff. de legib. Cepol. cautela 2. in fin. Curi. Pisan. lib. 2. cap. 28.

At nullus Author, quem viderim, affirmat præd. l. Regiam de non meliorand. ratione dotis, filia, esse vltum contrarij vel consuetudine sublatam, & testimonium namque Padilla in d. auth. Res. qua num. 23. est de auditu tantum: vnde non probat: tandem accep-

dat, quod Pragmatica sanctione lata à nostro Rege Philippo I. lata, & posita in principio non. collecti- onis Regie præcipitur omnibus iudicibus, vt in de- cisionibus causarum obseruent ill. Regias ibi conten- tas, non obstant consuetudine contraria, sed hæc l. Regia dotium, de qua agimus, est posita in di- noia collectione Regie, nempe in d. l. 2. de las do- tes. 3. arras, lib. 5. igitur, &c.

An autem datio, seu promissio arrarum ultra de- cimam partem bonorum dantis, vel promittentis firmetur iuramento, & acceptis, & controuersa que- stio est inter nostrates, in qua in duas diuersas, seu potius contrarias sententias duas est, vna est affir- matia, vbi alterum quod iuramentum ipsum sit ser- uand. 1. altera est omnino negatiua: ego autem in hæc negatiua semper permansi, & in ea nunc perma- neo, quoniam iur. prohibitio non tantum est in fauorem ipsius promittentis arras, sed & in fauorem ipsius consanguineorum, quibus d. fertur ius repe- tend. hunc excessum, vt in l. 1. tit. 2. de las arras, lib. 3. fori. at in præiudicium tertij contractus iuramento non firmatur, rex. in cap. cum contingat ad fin. de iur. iur. & in cap. quamuis pactum de pact. in 6. ita resoluimus in auth. sacramenta puerum num. 4. C. si aduersi vendit & de iuramento confirmat. 1. parte cap. 14. nu. 2. & li. 2. prædic. quest. 9. 16. per totam, & hæc sequuntur alij plures, quos refert contra alios dicens esse probabili- orem Thom. Sanchez, d. lib. 6. disputacione 34. per totam præcipue n. 2. vbi merito aliquid probat in spon- sionalia largitate si donetur, aut promittatur cum iur- amento ultra octauam do is sponsæ partem, contra dispositionem l. 1. in fin. tit. 2. lib. 5. non collect. Reg. quia in hac specie deficit potissima ratio, ob quam donatio arrarum ultra decimam partem bonorum non confirmatur iuramento, nempe præiudicium tertij hoc tamen intelligendum est, nisi excedat quintum, tertiumve bonorum in præiudicium legitime de- scendentium, vel ascendentium vt nobiscum, & cum Spino declarat idem Sanchez vbi supra, disputa- tione 36. numero 1. 8.

Sed cui incumbit questio, soluto matrimonio o- nus probandi, quod arras promissæ excedit, vel non decimam partem bonorum eas promittentis? & in hoc triplex est sententia. Prima habet vxori incumbere onus hoc probandi, quod non excedat, quia hoc esse videtur eius fundamentum, ipsiusque hære- dum peritium eas: id e. g. tenentur probare, cum in vterio quantitate à lege sint prohibite, iuxta do- ctrinam glossæ communiter approbata in l. si vero 6. qui pro rei qualitate ff. qui satisf. cogatur, & l. cum de leg. ff. de prob. n. hanc primam opinionem voluit Roder. Suarez in l. 1. n. 15. tit. de las arras, lib. 3. fori. Anton. Gomez in l. 5. 0. Taur. num. 13. Marienco in l. 2. glof. 2. nu. 9. tit. 2. lib. 5. non collect. Reg. & dicit eam esse recep- tam D. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 6. num. 7.

Secunda sententia habet, quod dum vxor, aut eius hæredes perit arras promissas, tenentur probare, eas non excedere decimam præd. secus, quando possidens arras, & conueniunt à viro, vel eius hæredibus, quod sint ultra decimam, quia tunc eis in- cumbit hoc probare; ita tenet Azeued. in d. l. 2. num. 19. tit. 2. lib. 5. non collect. Reg. & Pelaez de maior. 1. parte quest. 52. num. 13. & 17.

Verum his non obstantibus ego semper fui in ea sententia, vt neque vxor, nec eius hæredes tenentur probare esse arras infra decimam bono- rum partem, sed maritus, vel eius hæredibus in- cumbere onus probandi excessum, cum vxor pot- tentiarum sibi simpliciter promissas habeat tuam, inrenitione fundatam ex suo instrumentum; ad- uersarius autem obiciens excessum, eum probare debet, cum sit fundamentum sue exceptio- nis,

nis, & ita merito in hac sententiam magis inclina- uit D. Couar. vbi supra, acque eam tenent Baega de non melior. ratione dot. fil. cap. 36. num. 19. & nos de iuram. confirmat. 1. parte. l. n. 23. & lib. 3. prædic. quest. 40. num. 4. 5. & 6. Matien. in l. 1. glof. 7. in fine tit. 2. lib. 5. non collect. Reg. Ayora de partitio. 1. parte cap. 7. numer. 27. cum duobus sequentibus, & Thom. Sanchez vbi supra, disputacione 37. num. 2. vbi nam. 3. quod duo sunt casus, in quibus citra controuersiam vxor, vel eius hæredes nihil tenentur probare. Primus est, quando vxor, vel eius hæredes arras iam possident, & est indubius hic casus, vt diximus d. quest. 40. nu. 3. secundus est: vbi adsunt aliquæ coniecturæ & præsumptiones, quibus iudices sibi quodam modo suadent arras minime excedere decimam, ita Co- uar. & Matien. in d. l. 2. glof. 2. numero 7. titulo 2. lib. 5. non collect. Reg.

39 Verum illa quando in proposito utilis, & oppor- tuna se offerbat examinanda, nisi eam iam prius a- libi dissulerimus: nempe, an arras promissæ per virum habentem filios prioris matrimonij, sint ex- trahendæ ex toto corpore hereditatis, vel ex sola ea parte, de qua potest libere disponere, vt in Castella de quinto bonorum, vel ascendentes habeat, non vero descendentes legitimos, de tertio sed ne omittam, quod necessarium est, breuiter resoluimus, arras extrahendas esse in præmissa specie, ex ea parte, de qua potest vir in præiudicium descendenti- um, vel ascendentium disponere; quamuis enim dona- tio arrarum sit remuneratoria, non tamen debetur ex rigore iustitiæ, sed ex liberali, & spontanea mari- ritij promissione, qui nullo iure confringitur ad ar- ras vxori assignandas, vt communiter Hispani do- cemur, & in terminis hæc veram sententiam proba- uimus, & sequitur sumus lib. 3. prædic. quest. 43. num. 22. & 23. necnon & Spino, Azeued. & Angul. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 6. disputa- tione 36. num. 1. vbi in l. 16. nobiscum, & alij contra Azeued. late, & recte probat, secus esse, si tem- pore, quo vir promisit arras carebat liberis, tunc namque natis eis, postea ex toto hereditatis aceruo extrahenda sunt, & eis non obstantibus poterit pa- ter in vita, vel in morte de integro quinto dispone- re secundum eodem.

40 Sponsalitia autem largitas extrahenda est de ea parte, de qua potest vir in Castella libere dispone- re, nempe de quinta bonorum parte, si filios ex priori matrimonio habeat, vel si solos ascendentes, de tertia: si autem filijs careat tempore promissio- nis extrahi debet de toto hereditatis corpore, vt est prædictum de arris, vt resolutum d. quest. 43. num. 23. in fin. & de iuramento confirmat. 1. parte cap. 14. numer. 5. vers. que profert. Spin. & Azeued. contra eundem, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra numero 17.

41 Vir autem magnas arras promittens ea ductus ra- tione, quod ampla sibi dos promissa sit, aliter mino- res arras promissurus, non tenetur dote non soluta arras perfoluere: est minor dos, quam promissa est, soluat, vel si in rerum dotium estimatione decipiat vir, potest pro rata minuire arrarum, quantitarum: ex rex. in d. l. 1. tit. 2. de las arras, lib. 3. fori. ita docent Suar. in l. 1. nu. 11. vers. vnum casum tit. 2. de las arras, lib. 3. for. Bac. de non melio- rand. ratione dotis filia, cap. 32. num. 18. Azeued. in l. 3. nu. 3. & tit. 2. lib. 5. non collect. Reg. Ayora de partitio. 1. parte 1. numer. 34. quamuis hic loqui videatur, quando mulier mala fide se habet fallendo virum, estque verissimum, quod docent hi DD. secundum Thom. Sanchez d. lib. 6. disputacione 37. num. 2. con- tendit tamen id non probari in d. l. pollicitacione am- plius censens, quod quamuis maritus tempore pro-

missionis arrarum non meminerit deus promissæ, aut si forte tunc nondum promissa sit, tunc t. sed postea promittatur, possit non soluta dote arras non soluere: est non soluat in integrum, vel plus e- quo affirmatur, minuire potest pro rata dote non soluta, vel plus affirmate quantitarum arrarum, vt ibi probat allegans aliquos DD. hoc tenentes, & limitat, nisi matrimonium fuerit contractum ha- bita fide de dote certo tempore soluenda, & ante id tempus matrimonium dissolutum fuerit, quia tunc licet dos soluta non sit, tenetur vir, vel eius hæ- res ad integras arras soluendas, secundum Afflic. dicentem, ita decum esse in sacro Concil. Neapol. & alios DD. quos ibi ad hoc citat, addens numer. 3. quod si vir partem dote remisit, tenetur inte- gras arras soluere, quia quod remisit, vt solutum habetur.

An autem minor possit arras promittere, viden- dus est Thom. Sanchez d. lib. 6. de matrimonio disputa- tione 38. num. 37. vsque in fi. vbi lex conclusionibus quaestionem hanc absoluit. & disputacione 39. num. 11. & 12. duabus conclusionibus similiter resolutam quaestionem: vtrum filius familias possit arras pro- mittere in consulto patre? & quia in his speciebus recte procedit Sanchez, neque habemus aliquid a- liud addendum, transimus cum eo.

Mulier descendentes habens, quæ secundo non nupit: potest quemcumque ex descendentibus me- liorare in tertia, & quinta arrarum parte, imo me- lioratio generalis bonorum in hoc casu compre- hendit arras, potestque quantam partem cuiuslibet extraneo legare: & ideo nullum est discrimen in his regnis inter arras, & cætera bona vxoris, vt probauimus lib. 2. prædic. q. 18. num. 5. & lib. 3. quest. 43. a num. 24. & tenet Tell. vtique Molin. & alij quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra disputa- tione 140. nu. 4. contra alios, quos retulerat nu. 3. quoniam recte docet esse certissimum mulierem habentem, ascendentes de sola tertia arrarum parte posse in eorum præiudicium disponere in Regno Castelle.

Similiter mulier secundo nubens, superstitibus 44 filijs ex priori matrimonio tenetur eis referuare ar- ras, quas ab eorum patre ipsa mulier accepit, inter illosque sunt æqualiter diuidenda: ex testamento, aut ab intestato, nec potest eis illis insinuere maio- ratum, aut meliorare quemquam eorum filiorum, vt cum alijs probauimus lib. 2. prædic. quest. 18. in fi. & lib. 3. quest. 43. numero 25. sequitur alios allegans Thom. Sanchez vbi supra disputacione 41. num. 3. vbi affirmat hæc sententiam esse communem, & probabiliorem, & citat pro ea l. 26. titulo 13. partitio. 5. ibi: las arras de las donaciones, que el marido finado le o- nieste dado, en saluo fincan à sus hijos del primer marido.

Sic etiam sponsalitia largitatem à priori viro 45 acceptam absque dubio vxor transfrens ad secundas nuptias tenetur referuare filijs prioris matrimonij, quia est vera donatio profecta à viro in vxorem, vt cum Anton. Gomez, Matienço, & Molin. docet Sanchez d. disputacione 41. num. 4.

L. 2. Tauri, que hodie est l. 4. titulo 2. lib. 5. non col- lect. Reg. cauetur, que si qualquiera de los desposadas mu- riere despues de consumido el matrimonio, la muger, y sus herederos ganen todo lo que siendo desposadas le ouo dado el esposo, no auiendo arras en el tal casamiento, y matrimo- nio. Pero si arras ouiere, que sea en escogencia de la muger, o de sus herederos ella muerta, tomar las arras, o dexar las, y tomar todo lo que el marido le ouo dado siendo con ella desposado, lo qual ayun de escoger dentro de veinte dias despues de requeridos por los herederos del marido, y fino escogiere dentro del dicho termino, que los dichos here- deros escogian.

Ex qua, Regia constat proculdubio, præcedente E iij te



te vxore in matrimonio consummato, heredes eius lucrari arras, si ipsa elegerit, potius quam iocalia intra terminum ab eadem l. assignatum, vt constat ex illis verbis, *Pero si arras ouiere que sea en escogimento de la muger, o de sus herederos, ella muerta tomar las arras, &c.* Quod etiam probatur, quia cum arras constituantur in praeium virginittatis, nobilitatis, &c. vt supra hoc cap. diximus; hoc completum est consummato matrimonio; igitur, &c. Deinde absurdum esset contrarium, & contra omnem rationem, quod vxor praecedens priuaretur arris, cum ipsa culpa careat, & sine culpa nemo puniatur, quare notanda valde est haec decisio, quia iam vidi ex facto in praxi allegari contrarium ex parte viri pretendentis vxorem suam, quae praecedisset, ex hoc solum minime arras lucrata fuisse, sed nihilominus fuit in iudicio condemnata, & declaratum, quod haeres vxoris lucraretur praed. arras.

48 Secundo circa eandem l. 52. *Taur.* obseruat Thomas Sanchez lib. sexto de matrimonio, disputatione 32, numero quinto, vxorem, vel eius heredes eligentes soluto matrimonio arras, teneri viro vel eius haeredibus relictuere sponalittam largitatem, eiusdem valoris, cuius erat tempore receptionis, quod si vfu deterior facta sit, teneri aestimationem deteriorationis restituere, quia non videtur reddita res restitutioni obnoxia, si deterior restituatur, l. tertia, §. si reddita ff. commodat. alias nemque euenire posset, vfu consumptum esse, & ita vxorem nihil reddere teneri, & vtrunque lucraretur, quod esset contra expressam decisionem d. l. Regia: quare merito hanc obseruationem prius probauit, & tenuit Ayora de Partititionibus prima parte cap. septimo, numero 35. est tamen hoc caute accipiendum (vt inquit Sanchez) nam cum vestes tam quotidianae, quam pretiosae date per virum ante consummationem matrimonij sunt sponalittae largitatis, & has teneretur sponsus dare sponse saltem ad vsum constante matrimonio, quando iuxta personae facultates, & dignitatem necessariae sunt, nec soluto matrimonio teneretur vxor eas reddere, nisi in eo statu, quo tunc inueniebantur, deducendum est ex hac restitutione sponalittae largitatis iuxta aestimationem, quam tempore traditionis habuit, quod vir alias consumpturus erat cum vxore durante matrimonio in his vestibus, & iocalibus, nisi sponalittam largitatem dedisset, et si eadem vendenda, non restitueretur id pretium consumptionis, vel deteriorationis, siquidem expendendum erat a viro, & profecto haec consideratio, & sententia subtilis ac verissima, & tenenda mihi videtur.

49 Tertio obseruat in proposito d. l. 52. Gomez Arias in l. 50. *Taur.* numero 29. quod sicut sponsa per osculum lucratur medietatem sponalittae largitatis, ita, si in eo matrimonio non interuenit sponalittae largitas, sed solae arrae, lucrabitur medietatem arrarum, et si vtroque interueniat, poterit dissolutis sponalittibus, vel matrimonio illo rato sponsa eligere medietatem arrarum, vel sponalittae largitatis, idque probat ex pluribus. His tamen non obstantibus contrarium tenet, & probat late Thomas Sanchez d. lib. 6. de matrimonio disputatione 22. numero 18. licet (vt ipse inquit) nullum Authorem praeter Gomez Arias vbi supra hanc quaestionem disputantem inuenierit, mouetur praecipue, quia d. l. 52. *Taur.* in prima eius parte tantum loquitur, de la mitad de lo que el esposo ouiere dado a la esposa, que gane ella por el beso la mitad, & non loquitur in hac specie, de las arras, sed tantum in secunda parte, ibi, pero si ouiere arras, hoc est, quando el matrimonio se consumma.

50 De natura namque aduersatiu, pero, Latine, sed.

est, quando ponitur absque copula, & vt aduersetur in iure, & in facto, ita vt diuersum casum, & diuersum jus importet, vt ibi cum communi probat; secus, quando ponitur cum copula, & vt si dicat: sed &, quia tunc denotant diuersum factum, idem tamen ius, & vltra cum Octauia Vulpei, de praepositione, &c. in hac dictione, sed, pag. 108. & in praed. l. 52. *Taur.* aduersatiu, pero, ponitur sine copula: ergo importat diuersum factum a praecedenti, & diuersum ius, quo fit, vt prima pars d. l. Regia non loquatur, nec intelligenda sit, quando in sponalittibus de futuro, vel de praesenti interuenit promissio arrarum, si namque eo quoque casu lex vellet loqui illud expressisset, sicut expressit in secunda parte loquens in arris, & in sponalittae largitate: diuersum namque est vnu ab alio, & ideo diuersis nominibus in iure nominantur, nempe arrae, & sponalittae largitas, si enim idem essent, diuersis nominibus minime nuncuparentur; argumento l. si idem codicill. C. de codicill. cum similib.

Electio autem semel facta arrarum, aut iocalium ab vxore, vel eius haeredibus, non licebit variare, argumento l. Servi electione in princip. ff. delegat. 1. & in l. apud Aufatum 20. ff. de optine legat. l. 25. titulo nono, partia sexta, & in terminis ita cum alijs tenet Thom. Sanchez d. disputatione 22. numero secundo, vbi numero tertio hoc verum intelligit, si ea electio effectum habuit, alias secus, vt ibi bene probat, & tenet in terminis cum Matienzo, & Mieres, quos citat: & numero 4. quod transactis diebus 20. diebus ad electionem faciendam, purgatio mora non admittitur, quia est terminus lege praestitutus secundum Pelaez de maior. prima parte quaestione 3. numero septimo, & Azuedo in l. quarta, numero 32. in fine titulo secundo, lib. quinto nouo, collect. Reg. Pro quo addit quod vbi cuncte fit exequutio ipso iure absque sententia iudicis, tunc non habet locum purgatio morae, vt in l. fias, cui ff. de legat. secundo, sed in praemissa specie, hoc ita contingit, quia vxore, vel eius haeredibus non eligentibus intra praed. viginti dies exequutio fit a praed. l. Regia 52. ipso iure, quia ipso facto praecipitur in ea, quod transactis ius eligendi ad haereses viri: ergo mora purgari non potest: deinde pro hac parte facit, quia in contractibus vbi est dies, & poena, non admittitur purgatio morae, l. et a diebus §. de villo, ff. de action. & oblig. l. magnam C. de contrah. & committ. stipulat. communis. vt resoluimus in prima parte de iuramento confirmatorio cap. 56. numero quarto, & tertia parte cap. 17. numero nono, sed in nostra l. adijcitur terminus viginti dierum, intra quem debeat fieri praed. electio, insuper & poena, nempe, vt transacto termino absque electione, transferatur ius eligendi ad haereses mariti ipso facto, nec vlla requiritur ad hoc iudicis sententia, nec declaratio, & tanto fortior, quia praed. terminus, & poena a lege praefigitur: igitur mora purgari non poterit.

Hac quamuis iure Ciuili, & Regio attento locum habeant: iure tamen Canonico attento, eiusque aequitate etiam in dispositione iurata, & alias vbi non potest mora purgari, admittitur purgatio morae, si us alterius non sit factum deterior, intra quem debeat fieri praed. electio, insuper & poena, nempe, vt transacto termino absque electione, transferatur ius eligendi ad haereses mariti ipso facto, nec vlla requiritur ad hoc iudicis sententia, nec declaratio, & tanto fortior, quia praed. terminus, & poena a lege praefigitur: igitur mora purgari non poterit.

47 Hae quamuis iure Ciuili, & Regio attento locum habeant: iure tamen Canonico attento, eiusque aequitate etiam in dispositione iurata, & alias vbi non potest mora purgari, admittitur purgatio morae, si us alterius non sit factum deterior, intra quem debeat fieri praed. electio, insuper & poena, nempe, vt transacto termino absque electione, transferatur ius eligendi ad haereses mariti ipso facto, nec vlla requiritur ad hoc iudicis sententia, nec declaratio, & tanto fortior, quia praed. terminus, & poena a lege praefigitur: igitur mora purgari non poterit.

CA.

CAPITULUM XX.

De promissione, vel legato sub conditione nuptiarum, cum certa persona.

SUMMARIUM.

- 1 Relictum alicui sub conditione si non nupserit, an possit in foro conscientiae peti, ac habitum secure retineri, si nuptias contraxerit.
- 2 Poena confitens in lucro non acquiritur adiecta a contrahentibus sponsalia an valeat, vt in exemplo hic posito?
- 3 Donatio propter nuptias facta a viro vxori valet.
- 4 Inuitari quis ad matrimonium spe lucri bene potest.
- 5 Condicio testatoris praecipiente famine vt alicui nubar sub poena amissionis hereditatis, aut legati ab eo relicti, valet: ampliatu numero 6. vt procedat etiam si testator praecipiat, vt matrimonium contrahat cum consanguineo, vel consanguinea intra quantum gradum: & idem, quando consanguinitas est in secundo gradu, vt in numero 7. dummodo dicta condicio non apponatur in legitima, vt in numero 8.
- 9 Condicio apposta per testatorem contrahendi matrimonium cum persona indigna, vt iuratur a legato, vel hereditate: nisi femina, cui apponitur praed. condicio sit vidua: sed quamuis virgo non teneatur illi nubere, tenetur tamen ab alijs nuptijs abstinere, vt in numero 10.
- 11 Legatum virgini, si Titio nupserit, non efficitur caducum, si virgo illa ex paterno consensu alteri nubat, dummodo ipsa virgo illa parata fuerit antea nubere Titio, patens id impediu.
- 12 Iustus contrahere matrimonium cum persona nobili an satisfacias, hoc sciendo pro prima vice, an vero pro secunda vice idem facere teneatur?
- 13 Grauius aliquam ducere in vxorem primo renuntians, deinde penitentiam ducens, eam ducere vellet, an sit audiendus, si legatum, vel maioratum petat? quid autem erit de conuerso? numero 14.
- 15 Grauius Seiam accipere in vxorem, si cum alia contrahat matrimonium, eaque postea defuncta, Seiam accipere vellet, an hoc iusticiat, vt conditioni paterno videatur, vt consequatur maioratum vel vinculum sub praed. conditione relictu? & numero 16. declaratur.
- 17 Condicio ducendi in vxorem certam feminam, si ipsa recuset, vel alteri nubat, habetur pro impleta.
- 18 Condicio mixta, cuius implementum pendet ex voluntate alterius ex institutu, veluti condicio contrahendi, habetur pro impleta, quando impeditur ex facto illius, ex cuius etiam voluntate pendet eius implementum.
- 19 Condicio maioratus, qua cauetur, vt eius successor astringatur cum certa femina matrimonium contrahere, si ea data opera se elauerit, vt requisitio sibi non fiat, & conditioni implementum impeditur, tunc dicitur per eam extitisse, quo minus matrimonium contraherit, poteritque maioratus successor cum qua voluerit contrahere, obseruato prius, quod hic dicitur, & numero 19. an hoc procedat in primogenijs institutu in contractibus inter viuos irrevocabilibus.
- 20 Legatum relictu Mariae, si Titius cum ea contraxerit, an debeat, si per ipsam non steterit, sed

per Titium, vt matrimonium non sequatur?

- 21 Legatum alicui relictu, vel donatio, si efficiat, vt matrimonium aliquid contrahatur, eo non contracto, minime debeat, licet omnem diligentiam adhibuerit, vt sequatur ex ratione, de qua hic.
- 22 Condicio mixta casu deficiente, absque alterius culpa, nempe, vt si Maria haeres instituta, vel legata ea lege, vt Titio nubat, antequam in mora sit obierit, vel ipse Titius, an habeatur pro completa, vel non? & numeris sequentibus, & quid favore alimentorum l. numero 25.
- 26 Condicio mixta, quando non impeditur a contrahentibus, sed a quodam tertio, an tunc habeatur pro impleta, necne? remissiu.
- 27 Legatum relictu virginibus matrimonio collocandu an possit, vel debeat distribui religionem ingredienti?
- 28 Legatum relictu certa virgini maritanda, si tempore testamenti iam nupta esset, potest illos hoc legatum dari, secus, si incertum matrimonium iungendu legatum esset.
- 29 Pater quando filie legauit ducenta pro ea maritanda, vel pro sua dote, quam pater inuita sua postea maritauerat dote filii solis centum, an possit tunc filia ab haeredibus patris alia centum residua sibi petere, vel non?

Pro huius cap. introductione, illa quaestio esset hic opportuna, & late examinanda, an relictum alicui sub conditione, si non nupserit, possit in foro conscientiae peti, ac habitum secure retineri, si nuptias contraxerit? nisi de ea latissime pro & contra egissemus lib. 2. Canonice, quaestio cap. 25. numero 7. cum pluribus sequentibus, vbi probauimus multis fundamentis opin. Metyrnaz in suo C. de restitutione quaestio 23. per totam, tenentis, quod in hac specie in foro conscientiae sit standum animo contrahentium, vel testatoris id reliquentis, vel legantis, quando is certus sit: nempe, si dicatur, si non nupserit, & non alias; si vero incertus sit animus contrahentium, vel legantium tute posse dari iuris interpretationi, seu praesumptioni, quae habet, vt si simpliciter relinquatur, si non nupserit, reijciatur illa condicio, quia est in praed. iudicium matrimonij, ita vt nuptijs sequitis legatum debeat; quod si haeres probabiliter de animo legantis dubitaret, non esset per confessionem ad solutionem legati adstringendus, antequam per iudicem condemnetur: contrarium aduersus Metyrnaz tenuit omnino D. Couar. lib. 1. variarum resol. cap. 19. numero 10. & eius opin. sequuti sunt Mantica & Riminald. Junior, quos & eorum fundamenta ibi retulimus numero 11. & 12. & nihilominus numero 13. cum sequentibus priorum opin. vt veriorum probauimus, respondendo late fundamentis contrarijs: & hanc Metyrnaz, & nostram sententiam sequuti sunt quoque Ludouic. Lopez lib. secundo de contrah. cap. 45. paulo post princip. dicto secundo, & Ludouic. Carb. de restit. quaest. 44. conclusionem 5. & 6.

Nunc autem nouissime scripsit Thomas Sanchez lib. primo de matrimonio, disputatione 33. numero 2. & disputatione 34. numero 6. dicens contra opin. Metyrnaz, & nostram esse tenendum, sequutus contrariam Couar. quam etiam citat sequentes Spino in Specul. testamen. glossa 14. numero 70. & Ledesmam in secundam partem quarti, quaestio 18. articulo primo, dubio 12. folio 227. columna 3. & Molin. Theolog. lib. primo de iustitia, & iure, tractatu secundo, disputatione 207. folio 1268. Ludouic. Lopez in secunda parte



parte Instruitor in materia de matrim. cap. 26. folio 1027. & mouetur Sanch. quia leges de hoc loquentes non sunt pœnales, nec falsæ presumptionis iniuntur, sed sunt dispositiue, & aduersus certissimam testatoris voluntatem reiectis his conditionibus ob commune reipublicæ bonum hereditatem, vel legatum deferentes, ac proinde, eas leges in vtroque foro seruandas esse.

Ego, etsi quæstionem hanc difficilem iudicarem, & profitear, vtraque opin. esse probabilem; ceterum, veriori adhuc censuro priorem, quam probauimus vbi supra, ex ibi late adductis, & minime posse dici ita audacter, omnino tenendum esse dictas ill. in vtroque foro seruandas esse, nisi in casu, quo loquuntur, nempe in simplici conditione, non nubendi, quando testator vltra non processerit, verum cum vltra processerit dicens, & non alias, vel si nupserit nihil ei lego, non video profecto, quomodo aduersus tam manifestissimam legantis voluntatem, imo potius non legantis, possit legatum huiusmodi tuta conscientia exigi, nec retineri, nec in hac specie bonum commune reipublicæ offenditur, si legatum non debeat contrauenientem expresse voluntati defuncti, siquidem potuit ipse non legare, nec vilo modo compellebatur legare, at si legauit, fuit, ac si non legasset, attentis supra dictis verbis, & non alias, vel si nupserit, nihil ei lego; quinimo hoc expedit reipublicæ, nempe, vt voluntates præmaxime tam apertæ testatorum suum exitum habeant l. vel negare ff. quem admod. testam. apertantur.

Ad rem igitur nostri capitis deueniendo obseruandum primo est in hac materia, quod poena consistens in lucro non acquirendo adiecta à contrahentibus sponsalia non valet, nempe promitto tibi centum, si mecum contraxeris matrimonium, vt in l. si ita stipulatus fuero te sibi 7. §. si tibi nupsero ff. de verb. oblig. & ibi Barr. D. Couarr. alios allegans in quarto de sponsal. secunda parte. c. 3. §. 3. num. 1. DD. in cap. Gemma de sponsal. præcipue Anton. de Butrio numero 7. Anchar. 8. Abb. 9. Alexan. de Neuo numero 16. Præp. numero 7. Summistæ verb. sponsalia, præsertim Rosell. numero 7. Angel. 14. Syluest. quæstione 8. dicto primo, & alios allegans Thom. Sanchez d. disputatione 33. num. 3. vbi reddit rationem, quia intentu libidinis præsumitur, promittentem inducere alterum ad matrimonium, vnde cessante turpitudinis presumptione valeret huiusmodi promissio, vt si vir promitteret feminæ matrimonium, si ei centum, aliamque quantitatem dederit, quia intelligitur causa dotis: in dubio namque non præsumitur libidinis causa, sed honesta, vt recte inquit Couarr. vbi supra d. numero 1. & Thomas Sanchez d. disputatione 23. numero 4. in princip.

Si vero vir promittat vxori, tunc præsumitur libidinis causa, nisi vir sit ignobilior, aut senior, & ita vxori promittat in iuuentutis, aut nobilitatis eius compensationem, in priori namque proxima specie procedit, & intelligendus est tex. in d. l. si ita stipulatus §. si tibi nupsero; vbi ea conditio reprobatur, nempe quando non adest iusta causa: in secunda vero tex. in cap. de illi de condit. appof. vbi approbatur conditio dandi certam quantitatem, à contrahentibus appofita, scilicet, quando iusta causa promittendi subest, ita Barth. Couarr. numero primo & plerique ex supra citatis, qui ita conciliant præd. iura, quæ alias contraria inter se videbantur, & Palac. Rub. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. notabil. 3. §. 21. numero 1. & 2. & alios allegans Sanchez d. disputatione 33. numero 4.

Valebit etiam proculdubio donatio propter nuptias facta à viro vxori, vt contra Joannem Andr. recte probauit Barr. in d. §. si tibi nupsero, numero vnic. & Couar. vbi supra numero secundo & tertio, & Sanchez d. disputatione 33. numero 5.

Secundo obseruandum est, quod spe lucri bene potest quis inuitari ad matrimonium, vnde si aliquid legetur Mariæ ex lege, vt Titio nubat, si illi non nupserit, non conuenerit legatum huiusmodi, quia hæc non est vera poena, sed potius est, spe lucri ad matrimonium inuitari, l. Titio §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. 1. C. de instit. & substit. vbi DD. communiter hoc probant Canonistæ in d. cap. Gemma de sponsal. Couar. vbi supra numero 6. & D. Molin. plures referens libro secundo de Hispan. primog. cap. 13. numero primo cum sequentibus, vbi ampliat procedere, nedum in præcepto contrahendi cum certa persona, sed etiam, quando per viam modi est adiectum, dummodo conditio, siue modus honeste impleri possit, l. 14. tit. 4. pag. 6. l. 22. tit. 9. partia 6. versic. esto seria, in secundo, & nos cum communi consil. 8. numero secundo, quos & nos referens sequitur etiam Thomas Sanchez d. disputatione 33. numero 8. necnon & Summistæ, vbi supra & Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 1. §. 1. vbi plures refert, etque receptissima ab omnibus sententia.

Valebit igitur conditio, si testator præcipiat femina, vt alicui nubat sub poena amissionis hereditatis, aut legati ab eo relicti, l. cum ita legatum sit, versic. si Titia nupserit ff. de condit. & demonstr. l. 4. in vers. Pero si el testador, & l. 22. tit. 9. partit. 6. ibi, esto seria, Palac. Rub. in repetit. cap. per vestras notabil. 3. §. 21. numero 1. D. Couar. in 4. de sponsalibus 2. pag. 6. 3. §. 34. Mantic. vbi supra numero secundo, Tellus Fernandez in l. 30. Tauri, numer. 9. Mieres alios referens de maiorat. 1. parte quæst. 50. numero primo, Molina Theolog. 1. tomo de Iustitia, & Iur. disputatione 207. fol. 1267. Molin. Iurista, & nos vbi supra, & Thomas Sanchez etiam vbi supra numero 7.

Non enim est poena priuare hereditate non adimplentem, quoniam nondum est jus radicatum, nec formatum: tunc vero est poena, quando aliquis priuatur hereditate iam pure acquisita; secus in nostro casu, quia ille, qui lucrum dat, pacto, vel modo, vel conditione adiectis, potest priuationem imponere, vt cum communi, & veriori sententia probauimus d. consil. 8. numero 3. & 4.

Ampliat, vt procedat hæc obseruatio, etiam si testator præcipiat, vt hæres, vel legatarius cum sanguinea infra quartum gradum matrimonium, contrahat; valet enim hæc conditio, neq; impossibilis reputatur, ac proinde non rejicitur, quia testator intelligendus est, sensisse interuenire debere ad hoc dispensationem Summi Pontificis, nec abique ea matrimonium contrahendum, cum hoc à iure insit, vt bene probat D. Molin. d. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 13. num. 1. cum sequentibus, & nos d. consil. 18. numer. 5. 7. & 8. & ita tenendum esse censuo, tamen si Thomas Sanchez de matrimonio lib. 5. disp. 5. numer. 19. & 26. in vers. hanc sententiam, post alios, quos citat, sentiat, & teneat requiri quod d. conditio, si Papa dispensauerit, exprimi debeat alias institutio, vel legatum purum remaneat: sed verus est, quod prædiximus. Neque obstat l. 14. in fin. titul. 4. partia 6. ibi, fueras ende si aqel con quien le mandaua que cassasse, fuesse pariente de ella, o tal home con quien no podia, ni deua casar, quia lex illa debet intelligi, & limitari, nisi dispensatio facilius impetrari possit

possit, vt cum Pelaez docuimus d. consil. 18. numero 12.

Quinimo etiam valebit talis conditio, quando consanguinitas est in secundo gradu, secundum Acoftam lib. 1. select. interpret. cap. 8. numero 14. & D. Molin. in adnotation. quas ponit ad fin. lib. de Hispan. primog. numero 12. & nos d. consil. 18. numero 9. & Thom. Sanchez vbi supra numero 10. aduersus eundem Molin. d. cap. 13. numero 12. & 13. & contra Henriquez etiam lib. 12. de matrim. ca. 10. numero 4. & addit Acofta vbi supra, valere conditionem, vt contrahat cum consobrinio, si Pontifex dispensauerit, quia quamuis difficillima sit dispensatio, hoc potius ad difficultatem, quam ad impossibilitatem pertinent, & quia sæpe Iohes Papa concedere, vt probauimus d. consil. 18. numero 10. quam sententiam sequitur etiam Thomas Sanchez d. lib. 5. de matrim. disputatione 5. numero 20. ad fin. vbi supra numero 21. quod incumbit legatario, vel maioratus successori grauato ad contrahendum cum consanguinea si Papa dispensauerit, impetrare dispensationem, cum ipse teneatur implere conditionem, si vult legatum, vel maioratum, sicut ipsi incumbere, quod cumque aliud onus legato adiectum subire, secundum Pelaez alios referentem de maior. 1. parte quæstione 50. numero 3. & in 4. parte quæstione 40. numero 20.

Nunc vero præd. 2. obseruatio limitanda est, vt intelligatur, nempe, vt valeat ea conditio contrahendi matrimonium cum certa persona, dummodo non apponatur in legitima, alias secus ex l. quoniam in prioribus C. de inoffic. test. cum similib. ita doce: D. Couar. in 4. de sponsal. 2. ca. 3. §. 3. numero 7. Mantic. plures referens d. tit. 18. numer. 12. D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. ca. 13. numer. 4. Thomas Sanchez libro 1. de matrimonio disputatione 33. numero 10.

Secundo declaratur, vt procedat, quando grauatur hæres, vel legatarius ad ducendam vxorem, personam dignam, quia si indigna esset ijs nuptijs, conditio rejiceretur, l. cum ita legatum sit de condit. & demonstr. l. 1. 32. tit. 9. partia 6. & d. l. 14. fin. tit. 4. partia 6. in verbis supra relatis, nempe, con quien no podia, ni deua casar: durior namque est hæc conditio, quam viduarius, l. cum tale ff. de condit. & demonstr. de betram intelligi hæc limitatio, cum femina, cui hoc grauamen imponitur, vidua non est, si enim vidua esset, non rejiceretur talis conditio, vt indigno nubat, sed quamuis non teneatur illi nubere, teneatur tamen ab alijs nuptijs abstinere, alias legatum amittit, vt in d. l. cum tale, & ibi Acofta in §. si arbitrata ampliatione 3. numer. 8. Tellus Fernandez in l. 30. Tauri numero 9. & Thomas Sanchez d. libro primo de matrimonio disputatione 33. numero 12.

Superioribus deducitur, legatum virgini si Titio nupserit, non esse caducum, nec amitti, si virgo illa ex paterno consensu alteri nubat, intelligitur namque illa conditio, si honeste potest, virgo autem non potest honeste nubere, nisi ex paterno consensu; ita tenet Bald. in l. 1. numero 9. ibi: si quis tamen, C. de instit. & substit. Bertrand. consil. 143. volumine 1. numero 10. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. parte cap. 3. §. 8. numero 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. in fine. D. Molin. libro 2. de Hispan. primog. cap. 13. numero 22. Joan. Gratian. in reg. 83. numero 9. & Thomas Sanchez vbi supra numero 13. contra Pelaez dicentem, hoc magis esse piuum, quam tutum, & contra Ludou. Lopez dicentem hoc esse verum in foro externo, secus in interno, sed idem in vtroque foro feruendum esse in his conditionibus admittendis, vel rejiciendis probat ibidem San-

chez; sequor tamen doctrinam Bald. & ceterorum vbi supra hoc adhibito temperamento, nempe quod ipsa femina parata sit Titio nubere, à parente tamen impediatur, tunc namque merito, quod filia debeat consequi relictum, ac si conditio vere impleta fuisset, ex eo quod indecens esset sibi absq; parentis voluntate, imo aduersus eam nubere, cum pater honeste pretendere possit, suo arbitrio filiam matrimonio collocare; insuper adderent, ipse, quod bona fide, & absque fraude id fiat; alias namque secus esset.

Circa præd. secundam obseruationem oritur primo hoc dubium: an iustus contrahere matrimonium cum persona nobili satisficiat hoc faciendum pro prima vice, an sero secunda vice idem facere teneatur, ita vt si non fecerit, amittat legatum, vel hereditatem, sub præd. conditione sibi relictam, & quod adimpleat pro prima vice, facit regula, l. Boues §. hoc sermone ff. de verb. signific. ita D. Acofta in l. cum tale §. si arbitrata, ampliatione 3. numero 10. ff. de condit. & demonstr.

Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod iste talis amittat præd. hereditatem, vel legatum, si viduus effectus ignoblem ducat, quoniam clauditur ibi conditio negatiua, quæ perpetua est, vt non ducat aliam, quam nobilem, quo casu fallit regula, d. l. Boues §. hoc sermone, velate ibi per Tiraquel, in septima limitatione, scilicet, de dispositione negatiua: & in terminis ita tenet Odrad. consil. 16. num. 3. Paul. de Galfr. in lib. 2. de condit. & demonstr. & alij plures, quos refert, & sequitur dicens ab omnibus recipi Peralt. in l. unum ex familia §. sed est fundum, num. 31. ff. de legat. secundo, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. titulo 18. numero 30. Gratia. d. regula 83. numero 10. Pelaez de maior. prima parte quæstione 51. numero 36. & Sanchez vbi supra numero 14.

Secundum dubium est, quid erit dicendum, si grauatus aliquam ducere in vxorem primo renunciat, deinde poenitentia ductus, eam ducere velit, an sit audiendus, si legatum, vel maioratum perat, videtur namque poenitentiam nihil præstare, quia regula in hac materia est, sufficere conditionem femel extitisse, licet postea defuerit, l. si quis heredes C. de institution. & substitution. DD. mult. quos refert, & sequitur Tiraquel, in l. fronguam, verbo susceperit liberos numero 151. C. de renouand. donat. D. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. cap. 6. numero 17. Menoch. lib. 4. præsumptione 183. num. 29.

Ergo, si quis, verbj gratia, Mariam heredem instituat, si Titio nupserit, ac ipso renente hereditatem obtineat, licet Titio postea volente, renuat Maria, non erit ipsa hereditate priuanda, vt in terminis tenet Barr. in l. prima quæstione 12. numero 23. C. de institution. & substitution. sub conditione facti, quem in hoc plures sequuntur aduersus Cyn. & Petr. quos congerit Tiraquel, in d. §. hoc sermone num. 101. & 102. & Pelaez de maiorat. 1. parte quæstione 50. numero 13. quorum sententia receptor est, & in iudicijs amplectenda, quamuis contra eam arguat Acofta in d. l. cum tale §. si arbitrata imitatione 6. num. 5. secundum Pelaez vbi supra de maiorat. 1. parte quæstione 50. num. 13.

Nihilominus tamen in re hæc ita distinguendum erit cum Pelaez ibidem: nempe, quod si dispensens, qui sub præd. conditione grauauit à se honoratum, priuauit eum ipso iure, si vbi primum requisitus fuerit, nolit conditioni parere, poenitentia subséquens nihil præstet, quia statim illo renuuantente fuit quæsitus ius alteri, & non licet variare, iure jam quæsitio alteri, iuxta glof. in cap. nati, verb. renouare de electione, Tiraquel, alios retere in d. §. hoc sermone li-



ne limitatione 23 num. 5. Peralt. in l. 3. num. 1. ff. de legat. 2. nec etiam est licita penitentia alteri iam iure questio ex prefata glos. & in cap. quamvis de rescript. in sexto, si autem non privavit, & omnia sunt integra, quia nulli est ius quasitum, proderit penitentia: addit Pelaez num. 4. quod si grauarus minor sit, potest in priori casu beneficio restitutionis iuari aduersus conditionem non impletam: & num. 15. probat: quod si grauamen modi naturam inducat, non vero conditionis, audiendus erit grauarus, postea volens eidem parere, secundum Alex. consil. 102. visis, & ponderatis num. 6. lib. 2. & ibi eius Additionatorem, & Pelaez in his sequitur Thom. Sanch. ubi supra num. 5.

14 Quid autem dicendum sit, quando grauatus aliquam ducere vxorem, vel hoc adimplere, illa autem nolit, postea vero penitentia ducta annuat, & grauatus tunc nolit, vtrum amittat legatum, vel hereditatem? Consulte Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. a num. 38. & Menoch. de presump. lib. 4. presump. 183. a num. 2. cum sequentibus, vbi late de hoc agunt.

15 Ulerius dubitatur, quid si maioratus, vel vinculi successor, qui Sciam accipere in vxorem iustus fuerat, cum alia contraxerit matrimonium, & eaque postea defuncta, Sciam accipere velit, an hoc sufficiat, vt conditioni parere videatur? & non sufficere verum est: quia praed. conditio de immediatis nuptiis intelligitur, vt in l. matrimonij ff. qui & a quibus, & in l. quod ait §. proinde ff. de diuort. ita Bald. in l. 1. in fine C. de insti. & subf. sub condit. facti, ea namque conditio ex voluntate institutoris defuncta censenda, & rit. haec conditio in princip. ff. de condit. & demonstrat. l. hoc genus, vbi glos. ff. eodem, & vtrobiq; per scribentes Emanuel Acolstam d. §. si arbitratu limitatione 6. num. 3. & hoc probabile videtur secundum D. Molina, lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 13. a num. 16. dummodo tempore delatae successione, vel post illam delatam, cum alia aduersus institutoris maioratus voluntate contrahat: secus, si antea cum alia contraxerit, si tempore delatae successione iam prima mulier defuncta sit, cum conditionis semper tempus mortis praecedentis possessoris, atque delatae successione respiciatur l. interuenit ff. de legat. praesent. & tenent. communiter DD. vt ibi, per eum, sequitur Thom. Sanchez d. lib. 1. disputatio 33. num. 17. quod si post delatam successione, Sciam, quam maioratus successor accipere astrictus erat, cum alio contrahat, conditio pro impleta habebitur, ex d. l. 1. C. de insti. & subf. adeo, vt priori marito defuncto, maioratus successor eam accipere non teneatur, cum maioratus institutor de primis nuptiis sensisse censendus sit secundum Bald. in d. l. 1. in fine, & cum Imol. & Acolsta sequitur D. Molina ubi supra num. 17. & Sanch. num. 26.

16 Si vero maioratus successor à sequenti requisitus respondeat, se nolle Sciam vxorem ducere, statim sequenti successori maioratus successio defertur: adeo, vt si primus successor mutata priori voluntate, velit Sciam accipere, à sequenti maioratus successore, successio auocanda non sit, vt cum Acolsta probat Molina d. ca. 13. num. 18. ne maioratus successor in pendenti aduersus iuris regulas esse dicatur, quae sententia videtur subintelligenda iuxta distinctionem, de qua supra num. 2. in vers. nihilominus tamen: quae satis iusta & iuri & rationi congruere videtur.

17 Denique in proposito illud animaduertendum erit, quod si maioratus successor paratus sit contrahere cum vxore, quam sibi eiusdem maioratus institutor accipiendam scribit, illaque ipsius nuptus recuset, seu alij nubat, conditio habebitur pro

impleta, l. 1. C. de insti. & subf. sub condit. facti, ibi, aut Anthylli filio recusante, matrimonium impeditum sit.

Ex quo tex. deducit ibi Bart. & communiter 18 DD. & alibi sepiissime, quod conditio mixta, cuius implementum pendet ex voluntate alterius ex institutis, veluti conditio contrahendi, habetur pro impleta, quando impeditur ex facto illius, ex cuius etiam voluntate pendet eius implementum, & probatur, etiam in l. 14. tit. 4. part. 6. Quare is, qui ex maioratus institutionis praercepto, aliquam mulierem accipere astrictus est, solet illum requirere, vt cum illa contrahat, & ea illi nubat, quod si ipsa recuset libere ille cum alia contrahere poterit absq; priuationis pena maioratus, vel alterius relicti, sub praed. conditione: ita D. Molina, lib. 2. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 13. num. 14. dicens, quod pluries consultit, & obseruatum ab alijs vidit: idem probauit Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 37. vbi alios citat Menochius de presump. l. 4. presump. 183. num. 25. Molina Theolog. l. tom. de iusticia, & iur. disputatio 206. in fine, & 207. folio 1265. & Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatio 33. num. 19. & 20.

Quod si ea, cum qua maioratus successor contrahere astrictus est, data opera se celauerit, vt requisitio sibi non fiat, & conditionis implementum impediatur, tunc etiam dicitur per eam sterile, quominus matrimonium contrahatur, poteritque maioratus successor impune, eum qua voluerit, contrahere, eo obseruato, vt prius maioratus successor praed. testationem ex praercepto iudicis apud domum illius mulieris, cum qua contrahere iustus erat, faciat, eiusque familiaribus, & confanguineis notam, faciat: ita vt eius litaratio aperta fiat, l. 2. §. Prater ait. ff. de dom. insti., ita in terminis probat D. Molina Jurista d. lib. 2. ca. 13. num. 17.

Supra dicta omnia in dispositione maioratus in 19 vltima voluntate instituti procedunt: secus in stabilito, & fundato in contractu irrevocabili: tunc namq; conditio non habebitur pro impleta, etiam si ex impedimento illius mulieris, cum qua maioratus successor contrahere astrictus erat, defuerit, quia id, quod extraordinario quodam iure in vltimis voluntatibus introductum est d. l. 1. C. de insti. & subf. cum simil. non est facile ad contractus protrahendum, ut communiter Scribentes ibidem, & alibi censuerunt, & Greg. Lopez in d. l. 14. in glos. eo se le embargat, atque Emanuel Coita in d. l. cum tale §. si arbitratu limitatione 3. num. 18. est communis sententia secundum D. Molina d. cap. 13. num. 19. vbi quod quamuis haec communis opinio iuris rigore considerato, probabilior esse appareat: contraria tamen, quam tenent plures ex Scribentibus aduersus communem non modicam aequitatem praesertit, forsitanque in successione primogeniorum in contractu institutorum ex disponentis praesumpta voluntate admitteretur ex ijs, quae ibi num. 26. cum sequentibus dicit, cuius opinio in omnibus supra dictis simpliciter refert, cum eo transiens Thom. Sanchez ubi supra num. 21.

Sed si testator non dicat, lego Mariae, si Titio 20 nupterit, sed lego Mariae, si Titius eum ea contraxerit, an debeat hereditas, vel legatum, si per eam non steterit, sed per Titium, vt matrimonium minime sequatur? Doctores variant, vt constat ex adductis per Menoch. l. 4. presump. 183. a num. 32. Acolsta in d. l. cum tale §. si arbitratu limitatione 6. num. 27. ff. de condit. & demonstrat. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 37. verius tamen esse censet, considerandum esse, cuius intuitu, & favore testator matrimonium contrahere voluerit, nam si favore mulieris

mulieris instituta, vel legatarie id fecerit, consequetur ipsa legatum, si per ipsam non steterit: si vero favore alterius, minime consequetur, vt in terminis, cum alijs tenet, & probat, quamuis aliquantum dubius Greg. Lopez in d. l. 14. in glos. ff. de insti. l. 4. part. 6. & sequitur Tho. Sanch. d. lib. 1. disputatio 33. n. 22.

21 Quod si aliquid legatum, aut donatio fiat, si efficiat, vt matrimonium aliquod contrahatur, eo non contracto, minime id obtinebit, licet omnem adhibuerit diligentiam, vt sequatur, quia haec pena consistit in lucro non comparando, quod sibi sub ea conditione offerretur (aliud esset, vt supra diximus, pena, quae non consistit in lucro, sed in damno patrimonij admittendi) ita in terminis tenet Rosellus in summa verb. spon. l. 1. numero 7. & ibi Angel. numer. 14. Syluest. quest. 3. dicto 2. Sanchez ubi supra numer. 23.

22 Nunc vero agendum est de conditione mixta casu deficiente abque alterius culpa, nempe vt sic Maria haeres instituta, vel legataria ea lege, vt Titio nubat, antequam in mora sit obierit, vel ipse Titius, quid tunc dicendum sit? & quidem defecero in hac specie conditionem, & legatum, vel hereditatem non deberi probat expresse tex. in l. legatum C. de cond. insti. vbi DD. communiter notant, glos. etiam, & communiter DD. in l. 1. C. de insti. & subf. sub condit. facti, & in l. in testamento ff. de condit. & demonstrat. aperta l. 14. tit. 4. part. 6. ubi si accipisse, que la muger se muera, o a quel cen quicula mandaua casar antes que se cumpla la condicon, e sionce non vale el establiemento, o la mandada que asi fue fecida: & l. 22. tit. 9. part. 6. D. Molina lib. 2. de Hispan. primogen. ca. 13. num. 23. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 37. Menochius ubi supra num. 40. & 41. Thom. Sanchez num. 24. quaequid in hoc distinguit Mol. Theolog. l. 1. de iust. & iur. disputatio 206. in fin. disputatio 207. folio 1263.

23 Haec tamen decisio, & resolutio, non procedit in maioratus successione praed. modo relicta, nempe sub praercepto contrahendi matrimonium, quia vt plurimum in maioratus institutione huiusmodi praerceptum non veram conditionem, sed modum tantum inducit vt in terminis l. legatum, & d. l. 14. intelligit D. Molina, post glos. Bart. & alios ubi supra numer. 24. & 25. Acolsta lib. 2. select. interpret. ca. 2. a num. 7. & Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disputatio 33. num. 25. ad fin. vers. vltimo, vbi cum Menoch. lib. 4. presump. 184. numer. 1. & 2. limitat, nisi testator clare omnino veli t modum impleri.

24 Quinimo, & in conditione in maioratus institutione apposita contrahendi matrimonij late nititur probare Molina, ubi supra numero 26. ex morte mulieris, cum qua maioratus successor contrahere astrictus erat, non esse eundem successorem priuandum maioratus successione ex verisimilitate, & praesumpta voluntate disponentis, quem sequitur Sanchez ubi supra in vers. quinto in fine. Sed hoc duobus modis limitatur idem Molina in adnotatione postea ad finem sicut operum num. 13. Primo quando is, qui sub hac conditione vocatus fuit, erat extraneus, foemina autem ex familia institutoris: secundo quando foemina esset vocata sub ea conditione, vt masculo agnato nuberet, idq; ob conferendam agnationem factum fuisset: in his namque duobus casibus, & in omnibus alijs, quibus compertum fuerit, maioratus institutorem, non alter, quam ex conditione obseruata uocationem fecisse, praed. conclusio per eum tradita n. 26. nullo pacto subsistere poterit scilicet idem ipsum Mol. in praed. adnotatione: quod mihi verum videtur.

25 Praeterea fauore alimentorum adiecta eorum leg-

gato, casu deficiens habetur pro impleta, vt probat Mantica de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 18. num. 22. Menochius alios referens lib. 4. presump. 183. numero 42. idem que erit in legato dotis puellae relicto ea lege, vt Titio nubat, nam si puella haec pauper sit, non deficiet huiusmodi legatum Titij obitu, quia succedit loco alimentorum, ita Bald. nouel. de dote 6. parte privileg. 76. numer. 4. ad fin. & privileg. 77. numer. 2. D. Couar. in ca. 3. de testam. numer. 11. vers. quia, quinto inde colligitur. Mantica ubi supra, & Didaci Perez in l. 1. tit. 5. lib. 5. ordinamenti columna 45. vers. quia, est tamen notandum: idem erit obseruandum fauore libertatis, tunc namque conditio mixta casu deficiens habebitur pro impleta, vt cum alijs probat Menoch. ubi supra num. 43. item, & fauore causa pie, Menoch. ibidem numer. 44. qui numero 47. idem probat, quando conditio partim impleta est: quas limitationes refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatio 33. sub numer. 25.

Quando vero conditio mixta non impeditur a 26 contrahentibus, sed à quodam tertio, qui, verbigratia, matrimonium impedit, quid tunc statuendum sit, late agit D. Molina, lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 13. numer. 20. cum sequentibus, & Thom. Sanchez, ubi supra numero 27. qui num. 28. addit, quod verbi exhortationis per testatorem inducta, grauaem, vel conditionem non continent, quod probatur ex ratione tex. in ca. quod praecipitur alius vltimo §. quod praecipitur 14. quest. 1. Pelaez de maiorat. 1. parte questione 50. numero 16.

De legato autem relicto virginibus matrimo- 27 nino collocandis, quod possit, vel debeat distribui virginibus religionem ingredientibus, late hic agendum esset, nisi bis de hoc differuissimus distinguendo, nempe hoc modo: vt, quando relinquuntur hoc legatum alicui personae determinatae, vt matrimonium inear, & debeat eidem, si religionem ingrediatur per tex. in auth. de Sanctissim. Episc. §. sed & hoc praesenti, coll. 9. & in auth. nisi rogati C. ad Trebell. si vero relinquatur indistincte, vel indiffinito pro puellis incertis maritandis, secus dicendum est cum frequentioribus contra alios, nempe huiusmodi legatum in hac specie distribui non posse puellae monasterium ingredienti, sed solum matrimonium temporale inuentibus: plures allegando censuimus consil. 26. numero 13. & lib. 1. Canon. questionum ca. 32. num. 20. & congerit plures eandem distinctionem sequitur Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disputatio 33. numer. 29. vbi numero 30. limitat primum membrum praed. distinctionis, vbi coniectura essent, testatorem de nuptiis carnalibus intellexisse, tunc namque etiam legatum relictum alicui personae determinatae, non consequetur hoc legatum ingrediendo religionem, quia est praed. praesumptio, vt probauimus d. ca. 32. num. 19. & sequitur alios allegans Thom. Sanchez, ubi supra numero 30. vbi refert, & probat tres coniecturas in proposito huius limitationis receptas per DD. quos citat: prima est, quando testator legauit puellae, si nubat personae certa: tunc namque intelligi nequit de nuptiis spiritualibus, quare religionem ingrediens non consequetur legatum, vt cum alijs probauimus d. cap. 32. numero 7. Si res illa persona certa obisset, antequam puella sit in mora, non obtinebit legatum vitam coelibem, dicens, sed aliud matrimonium inire debet, vt ibi probat cum Baldo nouell. Couarr. & Dida. Perez: addit tamen cum eisdem, quod proest hoc casu puella religionem ingredi, & obtinere legatum ex verisimili mente testatoris, cum matrimonium adiunctum à testatore impleri nequeat. Secunda